TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0896_III**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Codex Diploma[tic]
Vol: III

896

Indice del
Diplomatario
Friulano
939

[illegible]

Urbano Papa scrive a Lodovico Re d'Ungheria sulla nomina in Pat. dell'Alançon

Copia literarum Dñi. Papę ad Dominum Regem Hungarię

Urbanus Servus Servorum Dei Carissimo in Filio Ludovico Regi Hungarię illustri salutem, et apostolicam benedictionem. Tue Serenitati innotescere volumus, quod de mense Junii (forse Januarii) nunc proxime preterito, cum in Romana Curia publice diceretur, licet tum verum non fuerit, quod bone memorię Marquardus Patriarcha Aquilejensis decesserat; Nos attendentes, quod Venerabilis Frater noster Philippus Episcopus Sabinensis consanguineus tuus maxime cum favore, et auxilio tuo posse esse valde utilis ad pacificandum partes illas, et ex pluribus aliis rationibus causis ad id nostrum inducentibus animum, quarum aliquas Ambaxatoribus tuis nuper duximus exprimendas

7. marzo 1381

das de Consilio Fratrum nostrorum eundem E=
piscopum Administratorem Ecclesie Aquilejen=
sis usque ad nostrum beneplacitum decrevimus
deputare; unde cum nuper de predicti Patri=
arche obitu vera ad nos relatio pervenisset, atten=
dentes quod idem Episcopus tue Celsitudini est
Consanguinitate conjunctus et quod hoc deberet ti=
bi valde gratum existere, et sperantes, quod per tue
auxilium gratie, ac ipsius Episcopi industriam
et circumspectionem provsidam Patria illa etiam
cum tue consolationis argumento pacificabitur, et
in bono statu componeretur, et incole et habita=
tores earum partium exinde quietis et pacis como=
da ~~concupiscuntur~~ consequentur, Administrationem et Curam, ac Regimen
predicte Ecclesie eidem Episcopo usque ad nostrum
beneplacitum de dictorum Fratrum Consilio duximus

committendam. Ideoque Magnificentiam tuam rogamus affectuose, et intime deprecamur, ut eundem Episcopum, qui te fraterno, et sincero affectu valde diligit, et quem scimus esse tui honoris, et status perpetuum zelatorem, habeas pro nostra et Apostolice sedis reverentia propensius commendatum, sic eum in ampliandis, et conservandis juribus dicte Ecclesie Aquilejensis, ne alias in suis opportunitatibus tuis favoris auxilio magnanimiter, et liberaliter prosequaris, quod ipse tuo fulto presidio in commisso sibi dicte Ecclesie regimine possit, Deo propitio, prosperari Et preter eterne retributionis premia, que a Retributore omnium bonorum proinde merebaris, nobis quamplurimum complacebis. Nostre enim intentionis est de te, tamquam specialissimo Ro-

re Ecclesiae filio et ejus devoto pugili, et defenso=
re, in omnibus plene confidere; sperantes indubie,
quod, Divina tibi gratia suffragrante, tua, et
praedictae Ecclesiae negotia viriliter prosequendo
velut propria reputabis, ac Ecclesiam ipsam, et
ejus honores ac jura a perversorum iniquis cona=
tibus magnanimiter defensabis. (defendes) — Datum Ro=
mae apud Sanctum Petrum ii Nonis Martii
Pontificatus nostri anno 3tio

Da Manoscritti del qm. Sig. Giangiuseppe
Liruti senza numerazione di pagine
o di quinterni – Vedi mia copia pag. 27.

Frangipane

Lodovico Re d'Ungheria raccomanda a Papa Urbano per Patriarca d'Aquileja Lodovico de Helfinstayng.

Copia literarum Domini Regis Hungarie ad Dominum Papam

Sanctissime Pater. Credo vestre Sanctitati non latere quo-
18. apr. 1381 modo super promotione venerabilis viri D. Lodovici de
Helfinstayng Prepositi Ecclesie de [illegible] proximi mei et
consanguinei Serenissime Principis Dne. Regine consortis
mee carissime ad vacantem Ecclesiam Patriarchalem
Aquilejensem fiendam, pluriesque vicibus vestre supplicavi
Sanctitati, ymo quasi ex confidentia filialissime
ad preces infestavi Et quamquam non estimem meam sup-
plicationem fore apud Vestram Sanctitatem [illegible];
tamen quia prius D. Lodovici promotio multum meo
insidet cordi, eo quod ipsum diversi dum D. Marquar-
do Patriarcha amico meo pie memorie, [illegible] tota commu-
nitas Baronum, Procerum, militum, et Comunitatum Pa-
trie Foriiulii in Rectorem et Vicedominum elegerunt [illegible]
et nunc tenent, Itaque Patria propter considerationem [illegible]

fa

ge inter nos mote ubi me extitit persecutione con=
stituta, potissime quevis in presenti, in qua utique
succubuisset, si meum non fuisset presidium, et tutela
adhibita. Supplico igitur eidem vestre Serenitati, sicut
alias feci, prece humili, et devota, cupiens filiali
affectione exaudiri quatenus perinde quo modo S.
Reverendum in Xto Patrem D. Bonaventuram
tituli Romane Ecclesie Cardinalem mihi significare
curavit Vestra Sanctitas ut pro aliis mundi Princi=
pibus meas preces justas exaudiretis contemplatio=
ne premissarum, et etiam mee filialis protectionis
intuitu eidem D. Ludovico, et nemini alteri de ipsa
Ecclesia Aquilejensi Patriarchali velitis, et dignemini mi=
sericorditer providere; quoniam eius oppositum animum
meum redderet perplexum ex causis premissis, ac aliis, at=
que tediosum. Nam D. Dux Austrie Leopoldus

ę quorum solebat mortę de praesenti adversus Ec-
clesiam Aquilejensem supradictam, quam meo conside-
ratione ad instantiam meam suspendit in formam
Treguarum partium, Recognoscens, et nobis promittens,
ut ipse una cum eodem D. Ladvico de Hellinstayng,
de qua Ecclesia providentur, utique de omnibus actionibus
qua contra dictam haberet Ecclesiam, nostrę et nostrę
ditioni staret, atque Reformationi, aliis aliis ac-
tibus sibi reservatis. Ex quo peto, Pater Sancte, quod hoc
... Ecclesię, gradientę providentias meam sermoni,
... Ecclesiam hoc tempore adversitatis ...
tiam Fratrum ipsius D. Ladvici protegeher et gu-
bernaliter in suis iuribus manuteneri, et idem... et
ego illi cooperabor juxta posse, in quo mihi Sanctitas Ve-
stra memorata gratiam faciet specialem, et paternum
ostendet favorem. Super quibus omnibus praemissis
mitto ad Vestrę Sanctitatis praesentiam ... et ...

tem ipsum Gandiolum Protonotarium de Utino mihi dilectum familiarem harum latorem de mea intentione plene informatum, supplicans eidem Sanctitati Vestrae quatenus sibi in dicendis pro parte mea circa premissa fidem velit dare Sanctitas vestra credentem et indubitatam — Datum Utine die 18 Aprilis

Da Manoscritti del qm. Sig. Giangiuseppe
Liruti senza numerazione di pagine
o di quinterni. Vedi mia copia pag. 29

(D. A. D.
Frangipane

Lodovico Re d'Ungheria raccomanda a Friulani per Bat. Lodovico di Helfinstayng.

Copia Literarum

a Regina Hungarie, Forojuliensibus, Papa, Cardinali

Regis Ludovici, a Lemonio, et aliis scripte super Patriarchatus Aquilejensis, et nova electione Patriarche &. Apportate de Hungaria per Guecilum, et Leonardum magistri Bartholomei notarios de Utino.

Copia Literarum Regalium ad universitatem Patrie Forijulii, et specialiter ad Comunitates.

Lodovicus Dei gratia Rex Hungarie, Polonie, Dalmatie &. Nobilibus, et sapientibus Viris Potestatibus,

18. apr.le 1381. Capitaneis, Gastaldionibus, Rectoribus, et Comunitatibus de Aquilegia, de Utino, de Civitate Austrie, de Glemona de Venzono, de Tulmetio, de Santo Daniele de Faganea, de Sacilo de Mothura, de Portogruario, et de Sanctovito, ac aliis Patrie Forijulii amicis suis carissimis Amicitiam paratam. ...

precepimus ex relatu: quomodo vestra amicitia illam antiquam affectionem sinceram, quam nobis cum super sincere affinitis, et adestis, sicut ex debito Ligg, quam sumus uniti; Sic novimus ob devotionem specia-lem erga culmen nostrum Regium versantem, nolen-tes extinguere, et abolere, ymo corroborare satagen-tes, quamdam celebrastis de creando, et perfici-endo futuro Patriarcha conveniente ubi in comuni Par-lamento deliberatum decretum consultum, et determi-natum uno voto, parique voluntate exhibisse; et Ve-nerabilem virum D. Lodovicum de Helfinstayng prepositum de Liw proximum nostrum, et consanguineum Serenis-sime Principis Regine Consortis nostre carissime, et ne-minem alium contemplatione nostri honoris, et comunis boni pro Patriarcha ipsius Ecclesie Aquilejensis ha-bere vos velitis. De quibus premissis vestre amicitie co-

comuniter, et singillatim regratiamur in immensum, pa=
rati vice reciproca vestram amicitiam favoribus, et pre=
sidiis prosequi Regiis opportunis. Sed quia fautior
videtur accessus ad ipsam compromissionem, et elec=
tionem vestram factam, si ipsum D. Lodovycum de
Helfinstayng in ipsum Patriarchatus, et dignitatem dicte Ec=
clesie, fastigiumque erigetis, et exaltaretis. Requirimus igitur
vestram Universitatis amicitiam generaliter, et singulari=
ter affectius quam possumus, quatenus receptis statim pre=
sentibus comuniter in unum convenientes, prenotatum D. Lo=
dovycum de Helfinstayng in Patriarcham erigatis et pro=
moveatis. Dando et concedendo sibi possessionem ju=
rium omnium dicti Patriarcatus, et universorum, ut per hoc
tam vos quam ipse citius, et ferventius contrariantibus in
hac parte resistere valeatis. Ubi una vobiscum usque ad consu=
mationem hujus negotii in eodem incunctanter perdura=

bimus in continuatione decreti, et conclusi predictorum;
vosque nequaquam dimittemus inauditos in quo nobis
gratam amicitiam, et maximam comunicatam ymo potius
sublevationem totius Patrie ~~faciet~~ faciet Super quibus preve-
nientis Nobilibus et Sapientibus viris ~~Gaudrato~~ Gaudiolo * Protho-
notario, et Leonardo Notario de Utino presentium ex-
hibitores plenam dedimus informationem, prout iidem
de nostra responsione vestram poterunt amicitiam edoce-
re — Datum Bude die 18. mensis Aprilis anno Dñi
1381. * Gaudiolus hic erat filius Johannis de Sancto
Vito, et Scriba Ludovici Patriarche — Così sta scritto
in margine di mano dello stesso Liruti

Da Manoscritti del qm. Sig. Giangiuseppe
Liruti senza numerazione di pagine
o di quinterni. Vedi mia copia pag. 25

Frangipane

1381. 18 aprile

Elisabetta Regina d'Ungheria raccomanda ai friulani per Patriarca Lodovico d'Helfinstayng. 185.

Elisabeth Dei gratia Regina Ungarie, Dalmatie &c. Nobilibus et sapientibus, ac prudentibus Viris potestatibus, Capitaneis, Castaldionibus, Rectoribus, et Comunitatibus de Aquilegia, de Utino de civitate Austria, de Glemona, de Venzono, de Tulmetio, de S. Daniele, de Fagagna, de Sacilo, de Meduna, de Portugruario, et de S. Vito, et aliis Patrie Forijulii amicis suis carissimis amicitiam paratam. Veridica percepimus ex relatu, quomodo vestra Amicitia illam antiquam affectionem sinceram, qua nobis semper, et indefesse affectis, et adestis, sicut ex debito Lige, qua sumus uniti, sic novimus ob devotionem specialem erga culmen nostrum regale versantem nolentes extinguere, et abolere, ymo corroborare satagentes, quamdam celebrastis decreando, et perficiendo futuri Patriarche convenctionem, ubi in comuni parlamento deliberatum, decretum, conclusum, et determinatum uno voto parique voluntate exstitisset, ut Ven. Virum Dominum Lodovicum de Helfinstayng prepositum de Lin. proximum Domini nostri Regis consortis nostri carissimi, et consanguineum nostrum, et nominetenus contemplatione honoris nostri, et comunis boni pro Patriarcha ipsius Ecclesie Aquileiensis habere vos velitis, de quibus premissis vestre Amicitie comuniter, et singulariter regratiamur in immensum, parati vice reciproca vestram Amicitiam favoribus, et presidiis consequi Reginalibus opportunis. Ed quia

-acs

facilior videtur accessus ad ipsam compromissionem, et electionem vestram factam, si ipsum Dominum Lodoycum Helfinstayny in apicem Patriarchalis dignitatis dicte Ecclesie fastigium erogaretis, et exaltaretis. Requirimus igitur vestre universitatis amicitiam generaliter, et singulariter affectus, quam possumus, quatenus receptis statim presentibus similiter in unum convenientes jam dictum Dominum Lodoycum de Helfinstayny in Patriarcham erigatis, et promoveatis, dando, et concedendo eidem possessionem jurium omnium dicti Patriarchatus, et universorum, et per hoc tamen Vos, quam ipsa citius, et fortius contradicentibus in hac parte resistere valeatis, ubi unaa nobiscum usque ad consumationem hujus negotii in eodem incunctanter perdurabimus in continuatione decreti et conclusi predictorum. Vosque nequaquam dimittemus inadjutos, in quo nobis gratam amicitiam, et maximam complacentiam, ymo potius sublevationem totius Patrie facietis, super quibus premissis Nobilibus, et sapientibus viris Gaudiolo Prothonotario, et Leonardo Notario de Utino presentium exibitoribus plenam dedimus informationem, prout iidem de nostra responsione vestram poterunt Amicitiam docere Datum Bude die XVIIII mensis Aprilis Anno Domini M CCC LXXXI.

Ex Apographo vetustissimo extractis in Tabulario Civitatis Utini.

Dr

Da Manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantem = Tomo II pag. 34 tergo. Carolus Fabricius collegit et descripsit. esistenti presso il Sig.r Carlo Fabricio d'Udine.

Frangipane

Castello di Porpetto 22 Maggio 1814.

In nomine Sancte et individue Trinitatis patris et filii et Spiritus Sancti et gloriose virginis matris ejus, ac tocius curie supernorum feliciter. Amen. Anno dominice Nativitatis millesimo tricentesimo octuagesimo primo indictione quarta, die jovis octavo mensis Augusti ante et circa horam hesperorum in Civitate Thaurini provintie Pedemontium in Castro in quo illustris et magnificus Princeps, et dominus dominus Amedeus Comes Sabaudie Princeps Dux Chablaysii et Auguste et Marchio italie suam residentiam faciebat, et aula majori dicti Castri presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Johane episcopo Thaurinensi Philippo Episcopo Trossellano Guidone Abbate Sancti Michaëlis Clusini Ilustri bus viris Amedeo de Sabaudia domino Breisie et Valobone inclito genito domini Comitis memorati, Amedeo de Sabaudia Principe Achaye, Ludovico de Sabaudia prefati domini Principis germano presentibus etiam honorabilibus, et egregiis viris Domino Donato de Aldigeriis legum doctore, Johane Cambii, et Marco Benevenuti Oratoribus et Ambaxatoribus Communis Florentie, et assistentibus magistro Antonio Marcelini Ordinis Minorum sacre pagine magistro oratore et Ambaxiatore Communis Ancone, viris egregiis et potentibus dominis Ybleto domino Montisjoveti, Amedeo domino Urtieriarum Girardo de Stres Cancellario Sabaudie Gaspardo de monte majori domino villarii Salleti, Stephano de Balma, Aimone Romuardi

Bartolomeo Chignino, Philippo domino Collegii Girardo de novo Castro Ricardo Musardi Johanardo Provani militibus, Saurino de Florano Iudeono de Medicis barbis Thoma Borgesii, Romeo Caralis Milone Gruati legum doctoribus, Jhoane domino Miollani, Bernardo nato domini et Comitis Villislangini Bartolomeo et vigetto. Condominis Sancti Georgii excomitibus Blandrate vigetto et Bartilto condominis . . . Comitibus Sancti Martini Georgio Condomino Farrugam Aimone de Mentone Petramaso Ravaysii Gulielmo de Savalle Sylvestro Nevoine, Cavallino de Cavallis Johannino Provane Condomino Turueti, et Petro Ticini de Conffetto, et pluribus aliis testibus ad infrascripta specialiter et rogatis, AB·INITIO·nascentis mundi provida et inefabilis Dei sapientia, cui consilia non communicant aliena rerum plasmavit hominem ad ipsius preclaram effigem, ceteris animantibus prerogativa pollentem conferret eidem cognitionem et scientiam boni et mali, ut jussibus dominicis proprium dedicaret propositum, et ad illicita sumta animum in posterum non lassaret, ut sic genus nobile suos motus refrenaret in sobriis, et alter alterum non lederet indiscrete. Ad idem misericors, et miserator dominus de superis celorum fastibus ad terre inferiora descenders per effusionem proprii sanguinis pace vicio parentum primitivorum infecta Rex pacificus misericorditer reformavit in terris, proprios nempe discipulos, de quorum firma stabilitate perseverat

Cum

cum discessit ab eis pace facta, munifica largitione dotavit, cum dixit Pax vobis. Quid autem aliud nisi pax ymnus dicit angelicus et servus Agnus Dei. Veruntamen serpentis antiqui perfidia in humanum genus iniquitatis venena transfundes ipsius Dei conatibus portu salutis, perperam interdicto a semitis tranquillitatis et fidei repellere nequam non desinit incessanter non permittens illos quiescere, qui solent esse voluntatum unanimes solo momento firma stabilitate conformes. Cum igitur insurgente vario guerrarum discrimine inter partes inferius nominatas, quod iam processu temporis malignorum inspiribus in tantum invaluerat inter ipsas quod exinde cedes vulnera raptus incendia et alia multipharia nephanda crimina sunt secuta, plerisque ab origine propria factis exulibus aliis carcerum et vincolorum angustiis intervelusis, multis viduatis uxoribus et proventum suorum solatio destitutis. Quot nobiles et potentes galearum impetibus submersis navibus perierunt, infinitis virginibus claustro virginitatis corruptis. Quibus villis, castris et locis flamarum incendiis iam exustis, variis hominibus membratim decisis, et aliis abominandis criminibus que narrare non licet in multitudine glomerosa commissis. Adeo quod pro effusione sanguinis pugnatorum equora facta sunt multis ipsorum undis aestuantibus pro dolor, rubicunda. Turbatur siquidem ex eis Christianorum sincera devotio corrumpitur monarchia, et detestatur plurimum tota machina mundialis. Letantur summo perfidi nequam ortodoxorum emuli viribus

nascentes erigentes nihilominus cornua superbe cetere barbare nationes. Quod attendens, et considerans prefatus Illustris et magnificus Princeps dominus dominus Amedeus Comes Sabaudie &c. tanquam verus pacis promotor et sincere Christianitatis atleta in archivio sue considerationis solita meditatione revolvens bona singula, que fructu pacis eminent, proveniunt, quam bonum est quamque jocundum habitare fratres in unum quamque humanis laudibus attollendum. Desiderans idem ipse princeps Christianissimus tanquam zelator federis et sollicitus ierarcha furores partium mulcere, iras compescere, et rancores expellere à cordibus earundem Carceres aperire, et carceratorum desolutis vinculis querere liberationem petitam. ita quod omni rancoris expulsa caligine quod bellorum calamitas introduxit, hoc pacis lenitas equet. HINC est quod ad fidelem tractatum procurationum promotionem, et deliberationem felicem ejusdem preclarissimi Principis, et domini domini Amedei Sabaudie Comitis memorati ipsis partibus de remotis regionibus ad ipsius domini Comitis pres[en]ciam non sine variis sudoribus et expensis propter ea convocatis, visis eciam et studio frequenti matura deliberatione pensatis, ac examinatis provide petitionibus demandis, et singulis questionibus et querellis, ac eciam responsionibus, et exceptionibus factis subtiliter hinc et inde. ipse partes videlicet. REVERENDI in Christo patres, et domini dominus

Valentinus

Valentinus quinquaecclesiensis decretorum doctor, et dominus Paulus Zagrabiensis Episcopi, procuratores, actores nuncii et legati serenissimi et invictissimi principis domini domini Ludovici dei gratia Hungarie Polonie, Dalmatie, Croatie Rame, Servie Galitie, Lodomerie, Bulgarie Comanieque Regis, Principis Salernitani, et honoris montis Sancti Angeli domini procuratorio, et actorio nomine prefati domini Regis habentes ad infrascripta plenum et sufficiens mandatum prout constat publicis litteris regiis magno sigillo majestatis Regie sigillatis inpendenti datis Buda in palatio Regali decima tercia februarii, millesimo trecentesimo octuagesimo primo quarum tenor inferius est insertus. Cum quibus dominis Procuratoribus regis fuit presens egregius dominus Johanes Dominici de Rodoch miles aule rege qui cum dictis dominis Ambaxiatoribus fuerat ad ea ut asserere=runt, pro regia majestate transmissus, et cum eis fuerunt etiam presentes egregii viri domini Paulus de Georgiis miles, et Jacobus de Raduchia legum doctor Comunis Jadre Ambaxiatores ut asserebat ex una parte, et honorabiles et egregii viri dominus Leonardus de Montalto legum doctor Franciscus Embriacus Neapolion Lomelinus, et Matteus Maruffus cives Janue Sindici, actores procuratores ambaxiatores, et nuncii speciales illustris et magnifici domini domini Nicolai de Guarco dei gratia Januensis Ducis

et perpetualis defensoris, et ejus Consilii et Communis Janue nomine prefatorum illustris et magnifici domini Ducis, Consilii et Communis habentes ad infrascripta plenum et sufficiens mandatum, ut patet publico instrumento scripto manu Baldasari Nicolai de Pineto imperiali auctoritate notarii, et prefatorum illustris domini Ducis ejus consilii et Comunis Janue Cancellarii sub anno dominice nativitatis Millesimo trecentesimo octuagesimo primo inditione tertia secundum cursum Janue die VIIII. maij hora paulo ante tertiam, cujus tenor inferius est insertus, ex una alia parte et egregii viri domini Thadeus de Azoguidis miles Bononiensis, Antonius de Zechis de Montechalerio, et Jacobus Turchettus legum doctores actores, et procuratores ambaxiatores, et nuncii speciales magnifici, et excelsi domini domini Francisci de Carraria Padue etc. imperialis vicarii generalis filii quondam recolende memorie magnifici domini Jacobi de Carraria olim domini Padue, et magnifici domini Francisci junioris nati prefati domini Francisci de Carraria nomine et vice ipsorum et cujuslibet eorumdem et dictus dominus Jacobus Turchettus sindicus, actor et procurator Communis et universitatis dicte Civitatis Padue, nomine et vice dicti Communis habentes ad infrascripta plena et sufficientia mandata, prout apparet ~~apparet~~ tenore duorum publicorum instrumentorum, unius videlicet prefatorum dominorum patris et filii scripti manu

Bandini

Bandini filii Angeli notarii de Bandino de Brazis Civis Padue Imperiali auct-
oritate notarii ypsiusque magnifici domini Padue scribe sub anno nativitatis
domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo inditione quarta die
jovis XVIII, mensis Aprilis et alterius scilicet Communis Padue scripti
manu Iohanis de Bassanello filii ser Rolandi Civis Padue Imperiali auct-
oritate notarii sub anno nativitatis domini millesimo trecentesimo octua-
gesimo primo. inditione quarta die sabbati vigesimo mensis Aprilis, quorum
tenores inferius sunt descripti dictis nominibus ex una alia parte. et venerabilis
egregii et circumspecti viri domini Giorgius de Torres de Papia iuris utriusque peri-
tus, deganus Ecclesie Aquilegensis Federicus de Savorgnano miles et Nicolaus Zer-
bini Utino sindici, actores, procuratores, Ambasciatores, et nuncii speciales egregii
et venerabilis domini Federici Comitis de Porciliis Aquilegensi sede vacante Vice
domini generalis patrie Forijulii ac dominorum consilii Parlamenti Prelatorum
Nobilium Communitatum, et Capituli ipsius Patrie nomine, et vice prefatorum
habentes ad infrascripta plena et sufficientia mandata ut apparet ex forma
duorum publicorum instrumentorum scriptorum, cuius videlicet manu
Antonii quondam Nicolai olim ser Guarnerini de Soffumbergo publici Imperi-
ali auctoritate notarii, et judicis ordinarii, et Patriarchalis Curie spiritualis Aquile-
gensis Officialis, et scribe sub anno dominice nativitatis millesimo trecentesimo

octuagesim primo inditione quarta, die nona mensis Aprilis, et alteius manu Joannis quondam Lancelotti de Cucanea Aquilegensis diocesis clerici imperiali auctoritate notarii, et notarii Capituli Aquilegensis sub anno nativitatis domino millesimo trecentesimo octuagesimo primo inditione quarta die XI. mensis januarii sigillo dicti Aquilegensis Capitali sigillata inpendenti quorum tenores inferius sunt descripti ex una alia parte. Et honorabiles et egregii viri domini Zacharia Contareno johanes Gradonico, et Michael Mauroceno Procuratores Ecclesie Sancti Marci Cives Veneciarum sindici procuratores actores ambassiatores, et nuntii speciales Illustris et magnifici domini domini Andree Contareno dei gratia Ducis veneciarum, et Consiliorum ejus nomine prefatorum Illustris et magnifici domini Ducis, Consiliorum, et Communis Veneciarum habentes ad infrascripta plenum et sufficiens mandatum, ut patet publico instrumento scripto manu Leonardi de Angolellis de Veneciis notarii sub anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo inditione quarta, die quinto mensis Aprilis cujus tenor inferius est insertus dictis nominibus ex una altera parte. Ad infrascriptam partem transactionem compositionem, conventiones, et pacta solemnibus stipulationibus hinc inde mutuo et vicissim interpositas, concedente domino perpetuo duraturas pervenerunt, et pervenisse dictis nominibus, et quolibet dictorum nominum singula singulis referendo confitentur in forma infrascripta.

Imprimis

In primis namque prefati Reverendi in Christo Patres domini Quinqueecclesiensis et Zagrabiensis Episcopi cum quibus ut supra erat dominus Johanes Dominici de Rostock nominibus quibus supra ex parte una, et prefati domini Zacharias Contareno Johanes Lredanico, et Michael Mauroceno nominibus quibus supra ex altera. Sibi invicem mutuo, et vicissim remisserunt omnes injurias, rancores, hodia, offensas incendia, homicidia, furta, rapinas cedes, predas, et alias quascumque, et cujuscunque generis offensiones et dapna realia et personalia illatas et illata pro una ipsarum partium contra aliam, seu alteram contra aliqua seu terras universitates, gentes, subditos seu singulares personas adherentes vallitores, et sequaces ipsarum partium, et cujuslibet earum, vel inter eas per eas vel contra eas toto tempore preterito usque in presentem diem et omnes penas et interesse, in quibus per presentem guerram, vel aliqua hinc retro inter dictas partes facta vel commissa fuisset incursum facientes dictas partes dictis nominibus de predictis omnibus et singulis sibi invicem, et vicissim finem quietacione omnimodam liberationem, et pacta de ulterius non petendo. Ac se vicissim et mutuo liberantes per acceptillationem aquilianam stipulationem verbis solempnibus, et legittimis interpositis. Promittentes sibi invicem, et vicissim, quod occasionibus supradicti nulla in perpetuum lis causa molestia controversia, vel requisitio fiet, vel movebitur per aliquam ipsarum

partium, terras universitates gentes, subditos, vel singulares personas subditas
ipsarum partium contra alteram partem terras universitates gentes subditos
seu singulares personas subditas ipsarum, seu adherentes, et sequaces ipsarum
partium vel alterius earum in judicio vel extra de jure ~~vel~~ vel de facto. Et
non obstantibus predictis dicte partes inter se mutuo, et vicissim nominibus
quibus supra, ~~[illegible]~~ firmaverunt bonam, et veram pacem Deo propitio perpetuis
temporibus inviolabiliter duraturam. Item fuit actum inter dictas partes
quod omnes et singuli captivi, carcerati et detempti partium predictarum
et cujuslibet ipsarum ac subditi ipsarum ubicumque sint, et per quem-
cumque capti, vel detempti sint et quicumque sint sive capti fuerint per ipsas
partes, vel gentes ipsarum vel per singulares personas, seu stipendiarios
ipsarum partium, et cujuslibet earum sive etiam si fuerint detempti in
virtute, seu potestate ipsarum partium vel quarumcumque singularum
personarum cujuscumque conditionis et gradus sint, libere, et sine aliqua
redemptione exactione vel impedimento quocumque reali et personali rela-
xentur liberentur, et expediantur, et restituantur pristine libertati infra
tempora prout inter dictas partes extitit ordinatum successive cum ~~guerre~~
guerre, lites discordie, questiones et controversie verterentur verti spera-
rentur, et in futurum verti possent inter prefatum serenissimum Dominum
Regem

Regem ex una parte et dictum Commune Veneciarum ex altera super eo quod prefatus Serenissimus Rex Hungarie dicebat bucchas flumenum Gulfi ad se spectare et pertinere, et quod sibi, et suis subditis licebat libere, et impune ad dictas bucchas, et in eis navigare intrare, et exire, imettere et exportare sal, et alias quascumque merces pro sue libito voluntatis sicut et quem admodum in aliis partibus dicti Gulfi habet, sic eciam dicebat habere a Gulmentorio et ab Arimino exclusive versus Venetias nec dicto Communi Veneciarum competere jus projbandi ipsi domino Regi, vel ejus subditis introitu et exitu dictarum buccharum cum quibuscumque navigiis rebus et mercibus. Ac eciam dicebat ipse Serenissimus Rex quod ad aperiendum dictas bucchas, et libere permittendum ipsum dominum Regem et suo subditos dictas bucchas, et quamlibet earum intrare, exire imettere, et extrahere erat et est Commune Venetiarum eidem expresse et specialiter obligatum vigore pacis alias facte et firmate inter dictas partes de qua apparent publice littere ipsorum dominorum Regis, et Ducis date Regie videlicet Jadre millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo, die XVIII. februarii et Ducis die XXV. februarii. Ac eciam vigore juris Communis, et multis aliis rationibus et causis. Ex adverso vero prefatum Commune Veneciarum dicebat dictas bucchas ad se pleno jure spectare sibique legitime competere jus prohibendi, et vetandi dictas bucchas et accessum

ad eas in eis, et per eas, et usum earum. Et quod ipsi serenissimo domino Regi, nec ejus subditis licebat contra dicti Communis Venetiarum voluntatem ad dictas bucchas accedere vel navigare, vel in eis quic=
unque immittere vel de eis extrahere contra ipsius Communis voluntatem Ac negaret dictum Commune vigore dicte pacis prefato serenissimo Regi, vel suis subditis ad predicta se fore aliqualiter alligatum et dicto domino Regi, vel subditis suis seu alicui alii in dictis bucchis jus aliquod competere quovis modo seu occasione qualibet sive causa. Finaliter dicte partes sub tractu prefati illustris domini Amedei Comitis Sabaudie q. ad infrascriptam transactionem composit=
onem et pacta solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus pervenerunt in forma infrascripta, videlicet; quod pro omni jure ipsi domino Regi, et ejus successoribus et subditis quocunque et qualitercunque competente navigandi per gulfum scilicet inter dictos confines, videlicet a Sulmentonio et ab Arimino exsclusive versus venetias et ad dictas bucchas, et in eis et immittendi quascun=
que res et mercas et inde extrahendi, et exportandi, et pro quocum=
que interesse ipsius domini Regis, et subditorum suorum pro eo quod per dictum Commune Venetiarum prohibeantur ab dictis bucchis

et pro

et pro omni jure petitione, actione, et requisitione, que in eis buchis vel pro eis, vel earum occasione competeret dicto Domino Regi successoribus et subditis suis quocunque, et qualitercunque, et occasione qualibet sive causa, et ut ipsi domino Regi et ejus successoribus, et subditis in dictis buchis perpetuum scilentium imponatur; sic et taliter quod intra dictos limites videlicet a Palmentorio et ab Arimino exclusive usus Venecias navigare cum mercibus, seu aliis quibuslibet victualibus sive rebus, exceptis tamen hiis que pro victu et vestitu ipsorum quomlibet expediret, alio quam Venecias non valeat nec possit. Sine mercibus aut etiam victualibus, et rebus predictis cum his tamen, que pro victu et vestitu ipsorum expediverit, ut supra, intra dictos limites navigare valeat et possit. Deinde Commune Veneciarum dare et solvere debeat dicto domino Regi, et ejus successoribus in Regno, et Corona et ipsi Corone reputandi dictum Regnum, et presidentibus pro ipsa Corona in perpetuum annuatim ducatorum septem milia boni auri in auro et boni et justi ponderis solvenda dicto domino Regi, et ejus successoribus et Corone presidentibus predictis vel Thesaurariis ipsorum, et cuilibet alii habenti idoneam potestatem recipiendi solutionem predictorum septem milium Ducatorum et de ipsa solutione quietationem absolutionem et liberationem debitam

faciendi per procurationem seu sindicum dicti Communis in festo Sancti Regis Stephani vigesima die Augusti cuiuslibet anni vel ante dictum festum. Qua solutione facta quietationem et liberationem de receptis facere teneatur et teneantur nuncio et sindico Venetorum. Quod si nullus predictorum ibi esset tunc consignent, et dgronant dictam pecunie quantitatem vel pignora aurea, vel argentea infrascripta infra viginti dierum termini infe rius descriptorum. Et quod dicta pecunia risico et periculo Communis Veneciarum portetur usque ad civitatem Jadre, et ibi et ab inde in antea usque ad civitatem Bude, et in Buda per officiales et gentes dicti domini Regis successorum et Corone ~~debeat salva fieri~~ sacciari et conduci risico, et periculo dicti domini Regis successorum et Corone predictorum. Sic tamen quod si postquam dicta pecunia proparte dictorum Venetorum in Jadra conducta fuerit ut prefertur, aliquo casu fortuito perderetur, intelligatur, et sit dictum Commune Veneciarum liberatum penitus, et quitatum de qua quantitate predicta Conducantur tamen expensis dicti Communis Veneciarum quantum de vectura, et nuncio, seu sindico Venetorum. Et si dicta solutio dictis loco et tempore facta non fuerit tunc procurator vel sindicus nomine dicti Communis Veneciarum teneatur et debeat se presentare coram supradictis, vel aliquo eorum, quibus ut supra dicta solutio fieri debebat

infra

infra viginti dies proxime subsequentes et ponere et conducere et realiter consignare eo modo quo dicta pecunia conduci debetur ut supra in Buda tot pignora aurea vel argentea equivalentia dicte quantitati septem milium ducatorum que pignora communi extimatione vendi possint usque ad quantitatem septem milium ducatorum. Que si facta non fuerint ut supra, tunc incurrat Commune Venetiarum in penam ducatorum decem millium pro qualibet vice seu anno. et si tribus annis seu per tres vices in solutione, depositione, et consignatione predictis dictum Commune Venetiarum cessaverit tunc per dictum Regem, ejus successores coram et presidentes predictos singula singulis referendo seu pro ejus parte fieri debeant protestationes et denuntiationes contra dictum Commune Venetiarum tres et per temporum intervala, videlicet pro unaquaque denunciatione inter protestationem, et denunciationem sex mensium. Que protestationes et denuntiationes fiant coram infrascripto judice sic tamen, et taliter quod per dictum judicem dicte tres denunciationes, et protestationes ad notitiam dictorum Ducis et Communis Venetiarum deducantur. Et si tribus vicibus seu tribus annis continuis vel interpolatis cessatum et contrafactum fuerit et facte fuerint ut supra dicte protestationes, et denunciationes et non fuerit soluta sors predicta in loco predicto vel facta non esset consignatio pecunie, et deposito pignorum predictorum

cum solutione dictorum penarum dicto domino Regi, vel suis successoribus vel Corone, vel alicui predictorum nomine ipsorum recipienti ut prefertur et elapsa forent tempora omnia predicta, tunc duntaxat et non antea intelligatur presens pax rupta dicto domino Regi. Item quod dicto casu liceat dicto Serenissimo domino Regi, et successoribus eius in regno, et Corona petere et exigere dictas sortes, sive prestationes pro dictis annis quibus solutio facta non esset. Et dictas penas, in quas dicta occasione esset incursum. Et ultra liceat dicto domino Regi et successoribus eius predictis uti quibuscumque iuribus suis sibi competentibus in dictis Bucchis, et ad eas, et versus earum contra Commune Venetiarum, non obstante in aliquo presenti transactione, seu pactis perinde ac si dicta non essent, et prout poterat ante presentem guerram. Sane tamen intellecto quod dicto caso occasione presentis pacis, vel transactionis vel aliquorum contentorum in eis sive occasione solutionis, sive prestationis dicte quantitatis septem milium ducatorum, ad quam dicti Veneti se obligaverunt, seu aliqua occasione vel causa ex presenti pace vel transactione seu aliquorum contentorum in ea dicto domino Regi nullum ius in ipsis Bucchis vel aliqua ipsarum acquiratur augeatur vel amplietur ultra quam habiet ante proximam presentem guerram, nec ipsi Communi Venetiarum in ipsis, vel aliqua ipsarum seu iuribus suis aliquod preiudicium generetur, nec ius aliquod

rupta

rupta pace prout supra per dictos Venetos acquisitum intelligatur dicto Communi Venetiarum, nec dicto domino Regi in aliquo diminutum. Et pro maiori cautella et stabilimento predictorum dicte partes teneantur ratificare presentem pacem, et contenta in ea, et quod dictus dominus Dux in Consilio habente omnimodam potestatem, in quo debeant ad esse ipse dominus Rex et sex Consiliarii sui, tria capita de quadraginta sapientes de guerra. Consilium de quadraginta Consilium Rogatorum, et Consilium Adjunte, nomine dicti Comunis teneantur amologare, et approbare presens Capitulum et dominus Dux et omnes de dicto Consilio teneantur de observantia corporaliter, et expresse jurare super tota pace et specialiter super Capitulo supradicto. Et quod omnes Duces Venetiarum qui pro tempore erunt cum eorum Consiliis predictis semper et quandocumque ad requisitionem prefati serenissimi domini Ducis prestare dictum juramentum. Et versa vice prefatus dominus Rex, et singuli ejus in posterum successores similiter teneantur de observantia totius presentis pacis, et transactione, et omnium contentorum in ea jurare corporaliter, ut prefatus, pro qualibet Rege semel tantum. Demum pro stabilimento predictorum, et ut predicta omnia et singula firma sint, et effectum, et executionem debitum assequantur, dicte partes super omnibus, et singulis in presenti pace, et instrumento contentis,

eligunt et assumunt in judicem, cognitorem, et executorem omnium predic
torum Sanctissimum dominum nostrum Papam, in quem et cujus jurisdi
ctionem expresse et solempniter prorogando. Cujus cognitioni et declar
ationi dicte partes stare promittunt, et sibi invicem dare, facere, et observare
omne et quicquid per ipsum Santissimum dominum nostrum Papam
dictum sententiarum seu declaratum fuerit, et solutionem in terra seu loco
tribunal et judici prefati Santissimi domini nostri Pape sibi invicem facere
promittunt, per quem, pro omnibus, et singulis in presenti pace conten
tis voluerint contra dictas partes et quamlibet earum realiter, et
personaliter temporaliter, et spiritualiter, posse et debere procedi. Renun
ciantes fori privilegio non sine judicis. Si convenerit assunde jure o ju et omni
aliis juri canonico et civili. Item cum in pace antiqua alias facta inter
prefatum Serenissimum dominum Regem et Commune Veneciarum continea
tur quod dominus Dux et Commune Veneciarum effectualiter renunciet
de facto in manibus prefati domini Regis Hungarie et successorum ejus
toti Dalmatie nunquam dicti Sindici, Procuratores, et Ambaxatores domini
Ducis, et Communis Veneciarum nomine dictorum dominorum Ducis et Com
munis Veneciarum in pace presenti renunciant effectualiter de jure et de
facto in manibus supradictorum dominorum Episcoporum procuratorum

et actorum

et actorum dicti Domini Regis requirentium nomine dicti Domini Regis et successo-
rum suorum in regno, et Corona toti Dalmatie et medietate scilicet Quarnarii usque
ad confines Duracii tanquam ab antiquo de jure Regno, et Corone Hungarie spectanti
et pertinenti. Item fuit actum inter dictas partes quod super facto Stendalis
Sancti Marci de Segna, et jurisdictionis Consulatus quem Commune Veneciarum
in loco Segne optinet, sit et esse debeat in electione Serenissimi domini Regis
et dominorum Comitum Segne simul in hac forma videlicet quod si deposu-
erint vel elegerint Stendale, et Consulatum de Segna talli, quod hoc casu
dicti domini Comites de Segna carere debeant omnibus et singulis beneficiis
honoribus privilegiis pactis et conventionibus, que habeant in Veneciis
et cum Commune Veneciarum nisi tamen ipsi domini Comites Segne
ostenderent se in Veneciis et cum Communitate Veneciarum habere alia
occasione, quam occasione dictorum Stendalis et Consulatus quae dicti de
Veneciis habent in loco Segne. Quo casu illa alia, que alia occasione
ostenderent se habere, et inposterum habeant, non obstante remotione
dictorum Stendalis et Consulatus. Item fuit actum et solenniter conven-
tum inter dictas partes quod omnes subditi regis, et precipue Jadratini, tam
in Civitate Veneciarum, quam in quibuscumque terris, et locis sibi subditis
possint et valeant tute et secure mercari, et mercationes facere et alia

quecunque que et prout ante presentem guerram facere poterant. Et quod dicti subditi regii, et precipue Jadratini per Commune Veneciarum, et ejus officiales benigne et favorabiliter tractentur sine aliqua injuria, vel offensa. Sane semper intelligendo quod per presens Capitulum nec aliqua in ipso contenta non intelligantur dicti subditi regii seu Jadratini navigare seu mercari posse in dictis bucchis, nec aliis locis in presenti instrumento prohibitis. Et versa vice dicti Veneti et subditi eorum in regno Hungarie, et terris et locis sibi subditis, possint et valeant tute, et secure mercari et mercationes facere, et alia quecunque, que prout ante presentem guerram facere poterant. Et quod dicti Veneti et eorum subditi per prefatum Serenissimum Regem et ejus officiales benigne et favorabiliter tractentur sine aliqua injuria, vel offensa. Et ultra predicta quod dicti Jadratini usque ad annos viginti singulis annis et qualibet anno et alii Dalmatini usque ad dictos annos viginti singulis annis et qualibet anno possint, et valeant, et eis conceditur, et concessum esse intelligatur per dictum Commune Veneciarum portare vel portari facere ad dictam Civitatem Veneciarum tot res seu merces ex illis, que nascuntur, vel extrahuntur de territorio dicti domini Regis que valeant ducatorum triginta quinque millia auri videlicet dicti Jadratini valorem ducatorum

viginti

uiginti millium et alii Dalmatini ualorem Ducatorum quindecim millium.
quas res et merces ad dictam Ciuitatem Veneciarum per dictos Jadratinos
et Dalmatinos delatas vel transmissas vendere, et vendi facere et alio quoc-
unque titulo alienare possint in dicta Ciuitate Veneciarum quibuscunque
personis eis placuerit eciam non Venetis. Et in dicta ciuitate Veneciarum
dicti Jadrani, et Dalmatini emere, et alio quocunque titulo acquirere possint
singulis annis, et quolibet anno ex dictis annis uiginti tantam quantitatem
mercium mobilium, que ualeant dicta triginta quinque millia Ducatorum
diuidenda inter dictos Jadratinos, et Dalmatinos pro rata predicta a quibuscun-
que personis eciam non Venetis. Et ipsas merces portare possint Jadram
Jadram et Dalmatiam, et ad alias partes subditas dicto domino Regi
ipsis Jadratinis et Dalmatinis solventibus tam portando, quam extraendo
et tam ementibus, quam uendentibus gabellas, datia pedagia et alia onera
consueta, que per Venetos tantum soluuntur. Et quod per dictum Com-
mune Venetiarum licentia concedatur quibuscunque non Venetis em-
endi a dictis Jadratini et Dalmatinis, ut supra, et similiter eisdem
vendendi absque aliquo banno siue pena. Et hoc singulis annis pro
quantitatibus et usque in quantitates contentas in presenti capitulo dum
modo per predicta non intelligantur quod predicti Jadratini et Dalmatini

possint venetias portare sal, nec emittere vel eschrahere de veneciis ea que veneti propie imittere, vel eschahere non possunt. et sic predicta fiant sine dolo et tali cautela adhibita, quod salvis predictis, et concessione predicta Commune Veneciarum defraudari non possit. item per dictum commune Veneciarum conceditur et concessum intelligatur in perpetuum dictis Jadratinis quod eisdem liceat emere in veneciis, et inde exstrahere cupos seu tegulas et mationes tantum pro constructione, et reparatione hedificiorum suorum absque solutione alicuyus pedagii, dacii vel gabelle. item fuit solenniter conventum, et actum inter partes predictas nominibus antedictis, quod Commune Veneciarum, nec aliquis Officialis eiusdem non possit facere aliquod statutum, decretum, vel provisionem specialem contra Jadratinos seu in ipsorum prejudicium, generaliter vero statuere, et ordinare liceat pro libito voluntatis. item fuit actum et conventum inter dictas partes dictis nominibus, quod bona immobilia singularum personarum existencia in Veneciis, vel territorio dicti Communis Veneciarum que tempore inchoationis presentis guerre erant aliquorum subditorum dicti domini Regis semper eos possidebantur, restituantur eisdem, et in eo iure possessionis et dominii, quo tenebantur et eodem modo omnia bona immobilia singularum personarum de Veneciis, vel eorum territorio existentia in territoriis prefati Serenissimi domini Regis dictis singularibus personis restituantur

in eo

in eo iure possessionis et domini, quibus tenebantur ante presentem guerram. Item fuit actum, et specialiter conventum inter dictas partes dictis nominibus quod de debitis ad que subditi unius partis tenebantur subditis alterius partis tempore inchoationis presentis guerre fiat iusticia perinde ac si presens guerra non occurisset. Item quod Veneti cum aliqua galea, vel galeis armatis intrare non possint aliquem portum de [illegible] dicti dominii Regis seu subditorum suorum contra voluntatem habitantium seu tenentium dictum portum. Item fuit actum, et specialiter consentum inter dictas partes dictis nominibus quod dicto domino Regi restituantur omnes terre loca et castra que per Commune Veneciarum tenentur que dicto domino Regi ablata fuissent per Venetos tempore presentis guerre, et specialiter Civitas et Castrum de Chatari. Et versa vice dictis domino Duci et Communi Veneciarum restituantur omnes terre, loca, et castra, que per dictum dominum Regem tenentur que dicto domino Duci seu Communi Veneciarum ablata fuissent tempore presentis guerre. Acto tamen inter ipsas partes quod vigore huius Capituli prefatus dominus Rex non sit obligatus quoad Trivisium et terras et loca tradditas, et tradita domino Duci Leopaldo per dominum Ducem et Commune Veneciarum in Trevisio, et territorio Trivisino seu que per dictum dominum Leopaldum detinentur nec eciam aliquod ius competens

dicto domino Duci, et Communi Veneciarum in ipsis in aliquo mutatur sed in eis sua iura remaneant semper salva, nec per aliqua in presenti Capitulo contenta intelligantur Commune Veneciarum, seu dicti Sindici eius nomine aliquid mutasse, nec sibi qualibet derogasse seu innovasse, vel prejudicasse etiam quoquo modo aliquibus conventionibus seu pactis, que habeant, seu hactenus habuerunt cum prefato domino Duce Leopoldo ante super de seu pro Civitate Tarvisii, et Ceneteni, seu Territorio Tarvisino, et Cenetensi et similiter etiam vigore presentis Capituli prefatus dominus Rex non sit alligatus quoad terras et Castra que de dicto Territorio Trivisino tenet magnificus dominus Franciscus de Carraria dominus Padue videlicet Castra Anoalis Castrifranchi, Aselli bastitam Romani Turrem rotundam de supra Silletim bastitam Casalis, bastitam Castri Albarii cum territoriis, villis et iurisditionibus spectantibus ad dicta loca. Nec etiam intelligatur dictus dominus Rex Hungarie vigore dicti Capituli alligatus ad restitutionem bastite de Colle et Rocha Sancti Martini de Ceneta cum villis, territoriis et iurisditionibus earum que per dictum dominum Regem vel suas gentes tenentur. Nec etiam intelligatur vigore presentis Capituli prefatus dominus Rex alligatus quoad terras et Castra que dominus

Padue

Patriarcha seu illi de Patriarchatu Aquilegensi tenent seu occupaverunt in presenti guerra. Hoc tamen salvo et sane intellecto, quod prefatus Serenissimus dominus Rex per se vel alium non possit nec debeat capere occupare, vel tenere aliquam ex terris, castris vel locis que in presenti guerra capta seu occupata sunt vel fuerunt per dictum Dominum Patriarcham vel vicedominum vel gentes de Patriarchatu, que vigore seu virtute presentis pacis facte et firmate cum sindicis actoribus, et procuratoribus dicti Patriarchatus, debent dimitti et relinqui libera et expedita dicto Communi Venetiarum, nisi prius facta restitutione dicto Communi Venetiarum per dicto Aquilegenses. Ita tamen et taliter quod per dicta verba etiam post dictam restitutionem non intelligatur, quod dictus dominus Rex contra formam presentis pacis possit capere vel invadere dicta loca. Item fuit actum inter dictas partes quod adherentes et sequaces dicti domini Reges intelligantur, et sint inclusi in presenti pace videlicet spectabiles viri Guecellonus Gerardus et Rizardus de Camino Comites Cenetenses cum ipsorum subditis, locis et fortilitiis quibuscunque. Et similiter pro parte Communis Venetiarum spectabiles viri Rambaldus et Ancedisius Comites de Colalto tanquam ipsorum Venetorum adherentes cum ipsorum subditis locis et fortilitiis quibus cunque includantur. Demum fuit inter partes predictas dictis nominibus conventum, quod super non specificatis et declaratis

in presenti pace stetur paci antique inter partes predictas hactenus celebrate

Et Supradicti Sindici Actores, et procuratores, et Ambaxatores et Nuncii spe=
ciales dictorum dominorum Ducum Consiliorum et Communium Janue ex
una parte et Venetiarum ex altera pro dictis dominis Ducibus, Consiliis
Communitatibus, Civitatibus, Terris subditis et fidelibus, adherentibus valli=
toribus, et sequacibus ipsarum partium, et cujuslibet earum in quibus=
cumque mundi partibus existentibus contraxerunt sibi invicem mutuo et vicissim
et inter se bonam et veram pacem dirigente domino perpetuo duraturam
et primo sibi invicem et vicissim remiserunt omnia odia. rancores, injurias offensas
cedes vulnera, captiones raptus, rapinas incendia violationes, et alia quecumque
dapna tam realia quam personalia per dictas partes vel aliquos subditos ipsa=
rum partium vel alterius earum seu aliquas gentes, vel singulares personas
ipsarum vel alterius earum seu hadoerentes complices vallitores, vel sequaces
ipsarum partium, communiter vel divisim contra reliquam partem terras
subditos gentes vel singulares personas ipsarum, seu adherentes, complices vallito=
res, vel sequaces ipsarum partium communiter vel divisim contra reliquam
partem terras, subditos gentes vel singulares personas ipsarum, seu adherentes
complices vallitores, vel sequaces alterius partis quocumque, et qualitercumque
illata dicta, seu facta fuissent, et in quibuscumque mundi partibus et tam
in mari, quam in terra hinc retro usque ad diem et horam presentes et

omnes

Omnes penas et interesse, in quibus per presentem guerram, vel aliqua hoc retro inter dictas partes facta, vel commissa fuisset incursum Paciente sibi invicem et vicissim dicte partes nominibus antedictis de predictis omnibus et singulis finem, quietationem omnimodam, liberationem, et pactum de ulterius non petendo. Nec non de predictis omnibus et singulis per acceptilationem, et aquilianam stipulationem verbis solemnibus, et legitimis interposita plenarie sese indicem liberando, sibi indicem mutuo et vicissim promittentes bonam et veram pacem predictis non obstantibus perpetuo observare. Et quod occasionibus supra dictis nulla in perpetuum lis, causa, molestia, controversia, vel requisitio fiet, vel movebitur per unam partem contra aliam, vel contra singulares personas alterius partis complices, adherentes vallitores et sequaces ipsarum partium, vel alterius ipsarum in judicio vel extra, tam de jure, quam de facto. Item fuit actum inter dictas partes, quod omnes et singuli Captivi et Carcerati et detempti partium predictorum, et cuiuslibet ipsarum, et subditorum ipsarum ubicumque sint, et penes quemcumque capti vel detempti sint et quicumque sint, sive capti fuerint per ipsas partes vel gentes ipsarum, vel per singulares personas, seu stipendiarios ipsarum partium, vel quarumcumque singularium personarum

cujuscunque conditionis et gradus sint liberi et sine aliqua redemptione exatione vel impedimento quocunque reali, vel personali relaxentur, liberentur expediantur, ac restituantur pristine libertati infra tempora, et prout interdictas partes extitit ordinatum. Item fuit actum inter dictas partes nominibus antedictis quod insula de Tenedon cum omnibus et singulis Castris, burgis, villis, locis, domibus, hedifficiis, et habitationibus in eadem insula existentibus cum ipsorum juribus, et pertinetiis infra menses duos cum dimidio proxime venturos in manibus prefati domini Sabaudie Comitis seu ejus certi vel certorum nontiorum per Venetos libere relaxentur, et expediantur Teneda per eum, vel ejus nuntios sumptibus Comunibus partium predictarum, qui siquidem dominus Comes Sabaudie de eadem insula, Castris, burgis, et aliis ipsorum pertinentiis per se, vel alium seu alios ejus certos nuntios possit facere prout sue fuerit voluntatis. Acto tamen, et in pactum expressum deducto pariter et convento inter prefatos dominos Sabaudie Comitem, et Ambasciatores januenses, etiam et consensu et conscientia dictorum sindicorum, et Ambasciatorum Venetorum, quod Omnia castra, hedifficia burgos, domus, et habitationes

quascunque

quascunque dicte insule quandocunque placuerit dictis domino Duci, et Communitati Janue ipse dominus Sabaudie Comes Tireij et demoliri a summo usque ad deorsum totaliter facere teneatur, sumptibus tamen dicti Communis Janue, sic etiam et taliter quod nunquam rehedifficari, nec habitari valeat ipse locus. Quam quidem relaxationem, et expeditionem dicte insule Tenedi et omnium predictorum per prefactum dominum Ducem et Commune Venetiarum eidem domino Comiti libere et realiter ut premittitur facere infra tempus predictum solempniter promittunt dicti Sindici et Procuratores prefati domini Ducis et Communis Janue Sindicario nomine ipsorum recipientibus et facere et observare sub pena florenorum centum quinquaginta millium boni auri, et iusti ponderis, pro qua pena infra dies quinquaginta proxime venturos promittunt deponere penes unam ex Communitatibus Bononie, Florentie, Pisarum, et Ancone, vel penes duas ipsarum Communitatum tot jocalia, que extimabantur valere dicta florenorum centum quinquaginta millia. Que quidem jocalia penes unam, vel duas ex dictis Communitatibus stare debeant usque ad dictum tempus, quo dicta restitutio Tenedi prefato domino Sabaudie Comiti fieri debet ut supra. Et si dicta restitutio infra dictum tempus, et terminum facta fuerit debeant dicta jocalia

prefatis domino Duci et Communi Veneciarum, vel eorum certis nunciis libere et integre restitui atque reddi. Si vero infra dictum tempus et terminum dicta relaxatio, et expeditio predictorum insule et locorum facta non fuerit ut prefertur, eo casu dicta jocalia predictis domino Duci, et Communi Janue libere per dictum vel dictos depositores debeant expediri, et tradi, et pene predicte cedere in salutum. Que quidem Communitas vel Communitates penes quam vel quas dicta depositio fieri debeat vel debeant ad predicta se solenniter obligare, cum promissionibus et juramentis quod predicta faciat et complebunt, non obstantibus quibuslibet represaliis, compensationibus, questionibus, querelis, et ceteris quibuscumque, vigore quorum restitutio dictorum jocalium, ut premittitur Communi Janue facienda posset aliqualiter impediri. Et tradita eidem domino Comiti, aut ejus certis nunciis vel nuncio possessione dicti insule de Tenedon, castrorum, Burgorum et pertinentiarum suarum, dicte partes teneantur et debeant eorum expensis Communibus de tota ipsarum partium potentia protegere et defensare dictum dominum Comitem, et alios ibidem ejus nomine deputandos ab omnibus, et contra omnes, qui dictam insulam, Castra, burgos, vel pertinentias aut ibidem pro dicto domino Comite habitantes invadere seu aliter offendere presumpserint quovis modo. Item cum illustris, et Serenissimus Princeps

et dominus

et dominus dominus Petrus dei gratia Rex Jerosolimitanus et Cypri non vene
rit, nec transmiserit aliquem Procuratorem pro ipso cum idoneo et suffi
cienti mandato ad tractatum Pacis presentis cum Januensibus faciendae,
quod dicti Veneti, seu Commune Venetiarum, guerra durante presenti
inter dictum Dominum Regem et Commune Janue de ipso domino Rege
et suis se nullatenus intromittant directe, vel indirecte, publice, vel occu
lte eidemque ipsa presenti guerra durante non prebeant quovismodo
auxilium, consilium, vel favorem. Eo excepto quod dominus Federi
cus, et Franciscus Cornarii, et ceteri Veneti et successores ipsorum fruc
tus, redditus, exitus obventiones, et emolumenta, que et quos nasci
et provenire contigerit ex predictis, possessionibus, vel bonis ipsorum,
que et quos habebant ante presentem guerram et que vere et non
fictitie, et sine fraude usque in presentem diem acquisiverunt, non
intelligendo quod aquirere potuerint aliqua casalia, vel loca, que fue
runt Communis Janue vel aliquorum Januensium de dicta insula
extrahere et quo voluerint portare et portari facere valeant quocu
nque libere, et impune. Reficiendo tamen bullettam in Civitate Fama
goste de predictis extraendis, dummodo portare vel hec extrahere
debentes sint in manibus Officialium Famagoste vel alicuius

ipsorum ea que tunc extrahuntur ex possessionibus prediis vel bonis ipsorum Venetorum infra Ciprum existentibus crevisse. Quam bullectam dicti Officiales Famagoste requisiti tradere libere toties quoties dictis venetis quis erit nuncon tradictione qualibet teneantur. Possint autem dicti Officiales super navigio vel navigiis super quo, vel quibus huiusmodi res extrahi debebunt mittere unum eorum nuncium qui videat res ut permittitur per dictos Venetos deferendas. In Civitate autem Famagoste et ex ipsa, et ad ipsam possint ire, stare sedere, et conversari pro mercando, et alia sua negotia exercendo quicumque Veneti et ibidem etiam quoad commerchia et gabellas tractentur, et tractari debeant ipsi Veneti favorabiliter et benigne tanquam cives proprii Januenses. Item fuit actum et solempniter conventum inter dictas partes nominibus antedictis, quod si et ubi inter Serenissimum Principem et dominum dominum Grecorum Imperatorem Kalojanum seu nuncios vel factores eius, et dominum Ducem, et Comune Janue seu nuncios vel factores eorum sit preventialiter, sicut per aliquos asseritur, pax et concordia celebrata eo casu liceat quibuscumque Venetis et singulis ipsorum, cum ipsorum rebus mercibus, et bonis aliis pro eorum voluntatis libito navigare more solito ad Imperium Constantinopolitanum absque impedimento vel molestia eisdem in personis vel bonis per Januenses, vel eorum subditos, et stipendiarios quolibet inferendis

infendis si vero nondum facta sit concordia memorata inter partes superius nominatas eo casu dicti dominus Dux, et Commune Janue teneantur et debeant omnino dare pacem, ac facere cum dicto Domino Imperatore Kalojano dummodo ipse Imperator Kalojanus duntaxat, promittat observare conventiones, et pacta que vigebant inter ipsum dominum Imperatorem, et Commune Janue ante inceptam guerram presentem, et det potestatem dicto domino Comiti, et deputandis ab eo, et quilibet ipsorum si qua alia nova dubia occurrissent inter ipsum dominum Imperatorem, et Januenses predictos super ipsis cognoscendi, dicendi declarandi, pronuntiandi, et disponendi, prout ipsius domini Comitis, vel ejus nunciorum fuerit voluntatis. Et recipiat ipse dominus Imperator Kalojanus dominum Andronicum ejus filium ad ejus gratiam ordinando quod ipse dominus Andronicus eidem patri suo succedat in imperio Constantinopolitano post ejus dicti Patris obitum et decessum, ipso tamen domino Kaloiano dum vixerit domino dicti Imperii remanente. Quibus pendentibus dicti Veneti prefato domino Kaloiano non prebeant auxilium, consilium vel favorem. ipsi tamen factis ut supra, vel saltem per dictum dominum Kalojanum non staret quominus predicta fierent, ut profertur, tunc eo ipso et incontinenti etiam predictis novis dubiis non sedatis super quibus sedandis prefato domino Comiti potestas extiterit, ut prediciitur attributa, possint ipsi Veneti, et eis liceat per dictum Grecorum imperium cum ipsorum mercibus et rebus libere more solito navigare

Acto tamen quod facta et non facta pace predicta inter prefatos dominos Imp=
eratores Kalojanum, et Andronicum, et Januenses ut supra dicto Imperatore Kaloj
ano se, et suos ad fidem catolicam reducere recusante, semper dicti Januenses
et Veneti teneantur et debeant, quandocumque pro parte dicti domini Comitis
fuerint requisiti eidem domino Comiti Sabaudie toto eorum posse prestare
auxilium, consilium et favorem contra dictum dominum Imperatorem Kaloja=
num sit et taliter quod ipsorum viribus et potentia mediante ad fidem cato=
licam deo propitio convertantur. Quia vero supradicti Sindici procuratores,
Ambasciatores, et nuntii prefati illustris domini Ducis et Communis Veneti=
arum dubitare videntur, ne virtute presentis Capituli si treuga, cataneum sta=
tus, vel abstinentie fiant vel facte essent inter dictum dominum Imperatorem,
et Commune Janue, ipsi Veneti ad dictum, et per dictum Imperium navigare
non possint durantibus dictis treugis, cataneis statu, vel abstinentiis donec pax
firmata esset voluerunt et consenserunt dicti Sindici, Ambasciatores et
nuncii Communis Janue, quo tempore dictarum induciarum catanear=
um status treugarum, et abstinentiarum navigare possint, et conversari
dicti Veneti ad dictum Imperium, et per illud cum ipsorum personis, navibus
et rebus prout possent tempore pacis. Successive fuit actum inter
dictas partes nominibus antedictis, quod omnia et singula Castra
ville

ville, Ciuitates et loca que per partes predictas hinc inde capta fuerunt a tempore incepte guerre presentis, que per ipsas partes, vel ipsarum alteram tenerentur, libere restituantur hinc inde. Item quod non obstantibus aliquibus superius, vel inferius declaratis, omnia et singula hinc inde singularibus personis debita per aliquem subditum partium predictarum vel alterius earum per debentas vel debentes creditoribus integre persoluantur exceptis hiis debitis, que legitimis probationibus reperirentur fuisse levata, vel exacta a debitoribus per dominum Imperatorem Andronicum vel per donationes alterutrius partium predictarum. Item fuit actum inter partes predictas dictis nominibus, quod dicti Januenses possint et valeant navigare per Gulfum Veneciarum prout sic, et quemadmodum continetur in pace veteri et inter dictas partes alias celebrata, sub anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto. Item fuit actum inter dictas partes dictis nominibus, quod super facto Tane, ad quam Januenses, et dictos Venetos navigare non debere usque ad certum tempus, et terminum statuendum. Et super hoc idem dominus Sabaudie Comes possit disponere et ordinare pro sue libito voluntatis. Qui Illustris dominus Comes incontinenti in presentia dictarum partium dixit disposuit et ordinavit quod dicti Veneti ad dictum locum Tane accedere vel navigare non debeant neque possint, per duos annos continuos

proxime secutores. Quo tempore durante fuit actum inter dictas partes aliquos

Januenses ad dictum locum Tane navigare non debere, neque posse sicut nec

dicti Veneti facere possunt, neque debent. Item fuit actum et solemniter

conventum inter dictas partes dictis nominibus quod predicta omnia et singula

super quibus specialiter est provisum in presenti pace inter partes predictas

penitus observentur. Sed omnibus autem aliis, et singulis de quibus

in presenti pace non disponitur, dicte partes pactibus veteribus stare

promiserunt, et ipsarum continentie et tenori. Demum inter dictas partes

nominibus antedictis actum fuit, ac voluerunt et ordinaverunt dicte

partes nominibus, quibus supra, quod presens pax, et omnia et singula

in ea contenta per dictas partes et earum subditos debeant inviolabil

iter observari et aliquo modo vel casu per aliquam ipsarum partium

infirmari rumpi, vel violari non debeat, neque possit. Et si forte contigerit,

quod Deus avertat, quod per ipsas partes, vel alteram earum seu gentes

vel subditos alicujus ipsarum partium contra alteram partem, gentem

vel subditos ejusdem fierat aliqua violentia, injuria, lesio seu damnum

quovis modo quod propterea dicta pax rumpi infringi, vel violari non

debeat neque possit sed teneri debeat et observari modus et forma

infrascripti, videlicet quod pars que dicerit se offensa requirere

debeat

debeat partem perquam asserent contrafactum quod eidem emendam faciat de illatis, Quam quidem emendam contrafaciens facere teneatur infra menses tres a die requisitionis ex quo constiterit de dicta dapnificatione vel contrafactione seu offensione. Quam quidem emendam contrafaciens facere teneatur infra menses tres a die requisitionis ex quo constiterit de dicta dapnificatione vel contrafactione, seu offensione, quam si fecerit bene quidem nec propter hoc dici possit, si satisfecerit ut prefertur penam aliquam incurrisse. Si vero dictam emendam non fecerit sicut supra, nullam excusationem debitam faciendo tunc ad dictam emendam faciendam et penam quam propter hoc incurrerit persolvendum parti lese prout infra sequitur compellatur. Et si ad dictam emendam se asseret non teneri forte pretendens hoc fecisse aliqua justa causa vel aliter tunc eligantur quatuor probi viri videlicet duo a qualibet partium predictarum, qui quatuor electi teneantur, et debeant jurare super corpori domini nostri Jesu Christi bene et bona fide prius tamen informatione recepta cognoscere pronuntiare et declarare in et super hujusmodi tunc commissis infra menses tres à die electionis de jure facte inchoandos, Et quicquid super hiis per dictos quatuor, seu tres ex eis infra dictum terminum fuerit cognitum pronuntiatum vel declaratum penitus observetur. Et infra alios tres menses a die dicte cognitionis sententie

proxime secutores. Quo tempore durante fuit actum inter dictas partes et
Januenses ad dictum locum Tane navigare non debere, neque posse, sicut
dicti Veneti facere possunt, neque debent. Item fuit actum et idem
conventum inter dictas partes dictis nominibus quod predicta omnia et sin
super quibus specialiter est provisum in presenti pace inter partes pre
penitus observentur. In omnibus autem aliis, et singulis de quibus
in presenti pace non disponitur, dicte partes pacibus veteribus ...
promittunt, et ipsarum continentie et tenori. Demum inter dictas
nominibus antedictis actum fuit, ac voluerunt et ordinaverunt d
partes nominibus, quibus supra, quod presens pax, et omnia, et
in ea contenta per dictas partes et earum subditos debeant inv
iter observari et aliquo modo vel casu per aliquam ipsarum pa
infirmari rumpi, vel violari non debeat, neque possit. Et si forte ca
quod Deus avertat, quod per ipsas partes, vel alteram earum seu
vel subditos alicujus ipsarum partium contra alteram partem, s
vel subditos ejusdem fieret aliqua violentia, injuria, lesio seu dampn
quovis modo quod propterea dicta pax rumpi infringi, vel viola
debeat neque possit sed teneri debeat et observari modis et formis
infrascriptis, videlicet quod pars que diceret se offensa requirere

debeat duo

debeat partem per quam asserent contrafactum quod eidem emendam faciat de illatis, quam quidem emendam contrafaciens facere teneatur infra menses tres a die requisitionis ex quo constiterit de dicta dampnificatione vel contrafactione seu offensione. Quam quidem emendam contrafaciens facere teneatur infra menses tres a die requisitionis ex quo constiterit de dicta dampnificatione vel contrafactione, seu offensione, quam si fecerit bene quidem nec propter hoc dici possit, si satisfecerit ut prefertur penam aliquam incurrisse. Si vero dictam emendam non fecerit sicut supra, nullam excusationem debitam faciendo tunc ad dictam emendam faciendam, et penam quam propter hoc incurrerit persolvendum, parti lese prout infra sequitur compellatur. Et si ad dictam emendam se asseret non teneri forte pretendens hoc fecisse aliqua justa causa vel aliter tunc eligantur quatuor probi viri videlicet duo a qualibet partium predictarum, qui quatuor electi teneantur, et debeant jurare super corpori domini nostri Jesu Christi bene et bona fide prius tamen informatione recepta cognoscere pronuntiare et declarare in et super hujusmodi tunc comissis infra menses tres a die electionis de ipsis facte inchoandos, et quicquid super hiis per dictos quatuor, seu tres ex eis infra dictum terminum fuerit ~~cogitum~~ cognitum pronuntiatum vel declaratum penitus observetur. Et infra alios tres menses a die dicte cognitionis sententie

seu declarationis executioni mandetur. Quod si dicti quatuor electi vel tres ex eis inter se non potuerint convenire, ex nunc dicte partes nominibus antedictis eligunt et assumunt prefatum Illustrem Principem et dominum dominum Amadeum Sabaudie Comitem cui dicte partes dictis nominibus dant et concedent omnimodam potestatem cognoscendi, pronuntiandi, et declarandi, partes citandi, et procedendi summarie, simpliciter, et de plano sine strepitu et figura juris ordine observato, et non observato, sola manu et pura facti veritate prospecta. Et quicquid per dictum dominum Comitem dictum pronuntiatum sententiatum et declaratum fuerit in predictis et circa predicta illud a dictis partibus, et earum qualibet observetur, et debeat executioni mandari infra menses tres a die dicte ejus declarationis, sententie et notificationis facte parti de dicto pronunciamento sententia et declaratione ejusdem. Et interim predictis pendentibus non liceat dictis partibus seu aliquibus vel alicui ex ipsis, vel alicujus earum quorum quovis modo procedere in hac parte ad aliquod opus facti. Si vero cognita pronuntiat et declarata per prefatum dominum Comitem non fuerint observata, et ut premittitur executa tunc presens pax per partem non observantem habeatur pro rupta. Item ulterius fuit actum inter dictas partes quod si super aliquibus contentis in pace predicta quevis obscuritas dubietas, ambiguitas, vel contrarietas aliqua quod avertat Deus, orietur inter partes superius nominatas vel aliquam earundem quod idem dominus Sabaudie Comes habeat plenam et liberam potestatem declarandi, et interpretandi super ipsis ambiguitatibus, contrarietatibus et obscuritatibus, et

dubiis

dubiis ortis prout sibi videbitur faciendum

Supradicti eciam Sindici, Actores, procuratores ambaxiatores, nuncii speci=
ales prefati Illustris domini Ducis, Consiliorum et Comunis Venetiarum
nomine et vice dictorum domini Ducis, Consiliorum, et Communis ex
una parte et predicti procuratores, actores Sindici ambaxiatores et nuntii
speciales prefatorum magnificorum dominorum domini Francisci de
Cararia Imperialis Vicarii generalis Padue + et domini Francisci ~~filii~~ iunioris
+ Padue, nomine et vice supradictorum magnificorum dominorum et dicti communis ex altera per se
~~genetoris~~ ejus nati, et dicti Comunis, civitatibus, terris locis subditis suis fidelibus adherentibus
vallitoribus, et sequacibus ipsarum partium et cujuslibet earum contra=
xerunt et firmaverunt sibi invicem mutuo et vicissim et inter se
bonam et veram pacem, Dirigente domino perpetuo duraturam. Et primo
sibi mutuo, invicem, et vicissim remiserunt, et remittunt omnia odia
rancores, injurias, offensas, cedes vulnera captiones, captus rapinas, incendia
violentias, et alia quecumque damna tam realia quam personalia per
dictas partes, vel aliquos subditos ipsarum partium vel alterius earum,
seu aliquas gentes, vel singulares personas ipsarum vel alterutrius
earum, seu adherentes complices, valitores vel sequaces ipsarum partium
Communiter vel divisim contra reliquam partem terras, loca, subditos,
gentes vel Singulares personas ipsarum seu adherentes complices

vallitores vel sequaces alterutrius partium quocunque et qualitercunque illata, data, seu facta fuissent et omnes penas, et interesse in quibus per presentem guerram vel aliqua hinc retro inter dictas partes facta vel commissa fuisset incursum. Facientes sibi invicem et vicissim dicte partes nominibus antedictis finem quietationem omnimodam liberationem et pactum de ulterius non petendo nec non de predictis omnibus et singulis per acceptilationem et aquilianam stipulationem verbis solemnibus et legitimis interpositis plenarie sese invicem liberando, sibi mutuo et vicissim promittentes bonam et veram pacem predictis non obstantibus perpetuo observare. Et quod occasionibus supradictis nec aliqua earum nulla in perpetuum lis causa molestia, controversia vel requisitio fiet vel movebitur per unam partem contra aliam, vel singulares personas unius partis contra aliam vel contra singulares personas alterius partis complices adherentes vallitores, vel sequaces ipsarum partium vel alterius earum in judicio vel extra tam de jure quam de facto. Item fuit actum inter dictas partes quod omnes et singuli captivi, carcerati et detempti partium predictarum et cujuslibet earum et subditorum ipsarum, ubicunque sint et penes quemcunque capti vel detempti sive et quicunque sint sive capti sint per ipsas partes vel gentes ipsarum vel per singulares personas seu stipendiarios ipsarum partium, et cujuslibet ipsarum, sive etiam fuerint detempti in virtute seu potestate ipsarum partium, vel quarumcunque singularum personarum cujuscunque conditionis et gradus sint liberi et sine aliqua redemptione exactione vel impedimento quocunque reali vel personali relaxentur, liberentur, et expediantur, ac restituantur pristine libertati. Item

ut

est actum inter dictas partes dictis nominibus quo supra, ~~Castris~~ Castris, bastitis, Turris et locis, que dominus Padue tenet super territorio Trivisino, Commune Venetiarum ipsos dominum Franciscum de Carraria et ejus natum et dictum Commune Padue non debeat quomodolibet molestare de jure vel de facto. Item quod prefatus dominus Franciscus dominus Padue natus ejus et Commune Padue restituant et remittant Communi Venetiarum Castrum Capitis ~~Aggeris~~ aggeris et bastitam Morenzani, in eo statu in quo sunt salvis, tamen munitionibus in ipsis Castro, et bastita existentibus, et aliis mobilibus que dictus dominus Padue in dictis locis haberet que de dictis Castro et bastita extrahi facere possit. Et quod si a Kal. julii proxime preteriti citra aliquod Castrum vel fortilitium alicujus partium predictarum captum, vel occupatum fuisset vel de cetero fuerit, tam in territorio ducatus Venet~~iarum~~, quam Trivisino quod debeat hinc inde restitutio fieri. Et similiter si a dictis Kal. julii citra et de cetero aliqua bastia seu fortilitium aliquod de novo facta vel factum esse super territorio quod altera dictarum partium a dictis Kal julii citra possedisset, vel tenuisset debeat tolli et libere dimitti parti, que dictum territorium a dictis Kal julii citra possideret, vel teneret. Item quod Turris Curani que detinetur per Commune Venetiarum, dimittatur et relaxetur domino Padue in eo statu in quo

nunc est salvis tamen munitionibus in ipsa turri existentibus et aliis mobilibus, que dictum Commune Venetiarum in dicta Turri haberet que de dicta Turri extrahi facere possit. item super facto confinium fuit actum et specialiter conventum inter dictas partes dictis nominibus, quod pax nova ultimo inita in Millessimo trecentesimo LXXIII. indictione XI, die XXI. setembris inter dictos dominum Ducem et Commune Venetiarum ex una parte et dictum dominum Franciscum de Carraria dominum et Commune Padue ex altera. Hac oppositio seu declaratio terminorum vigore dicte pacis facte quoad dictos terminos non absit, nec prosit, nec prejudicet alicui ipsarum partium sed predictis non obstantibus dicti termini de novo opponi debeant in illis locis in quibus juste et rationabiliter stare debent; ita quod per predicta non prejudicetur nec in aliquo derogetur aliquibus pactis seu conventionibus factis inter dictas partes ante dictam pacem de dictis confinibus facientibus mentionem. Quibus pactis et conventionibus de dictis confinibus loquentibus ille vel illi, qui vel qui dictos confines opponere debuit, vel debuerint se debeant quantum poterunt conformare. Quibus pactis ante dictum ultimam pacem factis inter partes predictas de dictis confinibus loquentibus et quoad dictos confines per predictam pacem ultimam seu per aliqua in ipsa contenta non intelligatur in aliquo derogatum sed sint in ea firmitate in quo esse debebant ante dictam pacem. item super eo quod per alteram dictarum partium petebatur, quod pactum assasinorum et pactum

banitorum

bannitorum que inter dictas partes vigebat tollerentur, vel equaliter servarentur. Actum et fuit inter dictas partes quod pacta, e conventiones super predictis inita et facta inter dictas partes ante supradictam pacem ultro factam inter easdem partes debeant inviolabiliter observari custo= diri at executioni mandari. Item super eo quod per alteram dictarum partium petebatur quod coloni Venetorum habitantes in districtu Paduano tenerentur onera, et factiones subire sicut faciunt alii Coloni Civium Padue, actum fuit et conventum inter dictas partes, quod super hoc serventur pacta inita inter dictas partes antedictam pacem novam superius designatam, et ubi pacta deficerent, servetur jus Commune. Item super requisitionem per alteram dictarum par= tium factam continentem de expensis factis per dominum Padue in constructione, at distructione Castrorum Porte novi et Castri Cari actum inter partes predictas quod dicta occasione prefato domino Padue nihil restitui, vel dari debeat, per Commune Venetiarum. Item super requisitione alterius ipsarum partium loquente de pecuniis, quas Veneti coegerunt dominum Padue dare domino Marsilio ejus fratri, actum fuit inter dictas partes nominibus antedictis quod ex quo dicta pecunia per dictum dominum Padue soluta fuit ejus fratri non debeat restitui

per Commune Veneciarum. Item super eo quod a dicto Commune Venetiarum petebantur pro parte domini Francisci Dolfi ducati quatuor millia auri, actum fuit inter dictas partes quod si reperiatur vel appareat quod propter defectum iustitie dicti Communis Venetiarum seu eius officialium dictus dominus Franciscus Dolfus dapnificatus fuerit quod sibi debeat fieri restitutio, et satisfacto per dictum Commune Veneciarum. Si vero dictum Commune Veneciarum seu eius officiales in exhibitione iustitie secundum usum et consuetudinem dicte Civitatis Venetiarum non fuerit in deffectu, nihil restituere teneantur. Item super eo quod per ambas dictas partes petebantur expensa dapna et interesse istius, et alterius guerre, actum fuit inter dictas partes et solepniter conventum, quod dicte expense dapna et interesse compensentur hinc inde et omnino cassentur, et tollantur, et pro cassatis, remissis, et abolitis penitus habeantur. Item super eo quod per alteram dictarum partium petebatur, quod bona mobilia accepta vel occupata per dictas partes vel singulares personas ipsarum partium remittantur et quitentur actum et consentum fuit inter dictas partes nominibus antedictis quod omnia bona mobilia capta tempore presentis guerre pro qualibet ipsarum partium vel in alium translata, quantum ad dictas partes vel earum subditos pertinerent non debeant hinc inde restitui. Ea vero que reperirentur non capta vel non translata restituantur in statu quo reperiuntur, et essent tempore presentis pacis. Super debitis vero singularum personarum que per Communia vel dominationes dictarum partium capta non essent fiat iustitie complementum, et possint compelli ad solutionem sicut poterant ante presentem guerram.

Item

item super eo quod pro parte prefatorum magnificorum dominorum Padue,
et Comunitatis ejusdem petebatur sibi sal dari per Commune Venetia=
rum, actum et conventum fuit inter dictas partes, quod per Commune Vene=
ciarum dicto domino et Communi Padue dictum sal dari debeat secundum
pacta inita inter dictas partes ante predicta ultimam pacem. Et super
hoc dicta pacta ante dictam pacem inita observentur, et debeant
observari. Item super requisitione facta pro parte prefati Magnifici
domini Padue de ducatis Viginti milibus ~~militibus~~ domine Fine olim consortis
dicti Magnifici domini Padue, actum et conventum fuit inter dictas
partes, quod si legitime probetur dictam pecuniam in toto, vel pro
parte pervenisse in Commune Venetiarum, vel ejus officiales, quod in
totum vel pro ea parte, que ad eos pervenisset per dictum Commune
Venetiarum, fiat, et fieri debeat dicto domino Padue, seu eredibus dicte
domine Fine, restitutio. Si vero in singulares personas pervenisset, fiat
inde plenum, et expeditum iustitie complementum. Item fuit actum
et conventum inter dictas partes, quod omnia pacta inita inter dictas
partes ante dictam pacem ultimo factam, de qua superius facta est mentio,
debeat inter ipsas partes inviolabiliter observari, super hiis super quibus
per presentem pacem specialiter non est provisum. Item super eo

quod per alteram dictarum partium petebatur, quod dirui deberent et dirupta stare omnia
Castra, bastite, et loca, que contra pacem supradictam rehedificari fecisse
dicitur prefatus dominus Padue, videlicet Castrum Caprine, ordiacum
alias Pontem novum cum suis fortilicijs, et turris, que est oposito dicti
Castri. Actum et conventum fuit inter dictas partes nominibus antedictis
quod dicta Castra, et bastite, et turres, fortilicia et loca stare debeant
vel dirui pro libito voluntatis domini Padue, non obstante pace
predicta. Item fuit actum inter dictas partes, quod Domini Comites de
Colalto velut haderentes dicti Communis Venetiarum in presenti pace cum
eorum subditis, rebus, et bonis includantur, et inclusi habeantur. Item
fuit actum inter dictas partes dictis nominibus quod non obstantibus
aliquibus pacis vel conventionibus inter dictas partes hinc retro factis
tam Commune Venetiarum, quam prefati domini et Commune Padue
et quilibet eorum intra Confine qui terminabuntur et declarabuntur
ad quamlibet dictarum partium pertinere possit, et valeat quamlibet
ipsarum partium intra terminos et confines suos licite, et impune
et pro sue beneplacito voluntatis construere et hedificare, et
construi seu hedificari facere quecunque Castra, Turre, e fortilicia,
et constructa tenere. Item fuit actum inter dictas partes nomini=
bus ante dictis quod si contingat prefatos dominos et Commune Padue
vel alterum ipsorum in futurum aquirere vel in eos, vel eorum
alterum

alterum quomodolibet pervenire Civitates Feltri et Belluni, vel ipsarum alteram, quod non obstantibus aliquibus pactis, vel conventionibus inter dictas partes dictis nominibus hinc retro initis, prefati domini et Commune Padue, seu aliquis eorum non inteligatur, nec sit obligatus, vel obligati dicto domino Duci, et Comuni Venetiarum ad sibi tradendum, restituendum, vel dimittendum Casamatam, Turrem Sancti baldi, et Clusam Quon, nec aliqua aliquem dictorum locorum. Item fuit actum, et conventum inter dictas partes, quod facta pace presenti omnes pallate et passus ducalis dominij, et prefatorum dominorum et Communis Padue aperiantur hinc inde sicut et prout erant ante presentem guerram. Item cum in pace supradicta inita inter prefatum magnificum dominum Ducem, et Commune Venetiarum ex una parte, et predictum dominum, et Commune Padue ex altera facta in Millesimo trecentesimo tertio de Vigesimo primo Septembris scripta manu Bandini de Vrages notarii, et scribe domini Padue oppositum et insertum fuit quoddam Capitolum tenoris, et continentie subsequentis: Ceterum promiserunt dicti procuratores, et Sindaci prefati domini, seu Vicarij, et Communis Padue dicti nominibus suprascriptis Sindicis domini Ducis, et Communis Venetiarum stipulantibus, et recipientibus nominibus quibus supra, quod dominus Marsilius de Carraria integraliter gaudebit redditibus,

et bonis suis, que habebat antequam exiret de Padua, et quod non fiat ei aliqua novitas in bonis suis, faciendo ex nunc dictum dominum Vicatium debitorem de hoc Ducali dominio et Communi Venetiarum; et quod ipse dominus Marsilius possit ipsa bona conducere, vel conduci facere Venetias tanquam Venetus, et Civis venetus. Voluerunt dicte partes nominibus antedictis, et solepniter convenerunt quod dictum Capitulum Cassetur, et irritetur, et pro cassato, et irrito habeatur. Et quod vigore dicti capituli prefati dominus et Commune Padue dictis domino Duci, et Communi Venetiarum non sint in aliquo alligati. Item quod in non specificatis, et non determinatis in presenti pace stetur dicte alteri pace ante precedenti pacem inter partes predictas facte.

Ceterum supradicti Sindici, Actores, Procuratores, Ambaxiatores, et nuncii speciales egregii, et Venerabiles viri domini Fadenti Comitis, et Domicelli Sede Aquilegensi vacante Vicedomini Patrie Foriiuli nomine et vice ipsius domini Vicedomini, ac dominorum Consilii, Parlamenti Prelatorum Nobilium et Communitatum ipsius Patrie Foriiuli ex una parte, et supra dicti Sindici, Actores, Procuratores, Ambaxiatores, et Nuntii speciales prefatorum Illustris domini Ducis, Consiliorum, et Communis Venetiarum nomine et vice dictorum domini Ducis, Consiliorum, et Communis Venetiarum ex altera parte, pro se, Civitatibus, Terris, locis, subditis, fidelibus, adherentibus, valitoribus, et sequacibus ipsarum partium, et cujuslibet earum firmaverunt, et contraxerunt sibi mutuo, invicem et vicissim, et inter se bonam et veram pacem

dinizate

~~dirigata~~ dirigente domino perpetuo duraturam. Et primo sibi mutuo invicem, et vicissim, remiserunt, et remittunt omnia odia, rancores, injurias, offensas, cades, vulnera, captiones, raptus, rapinas, incendia, et alia quecunque damna tam realia, quam personalia per dictas partes vel aliquos subditos ipsarum partium, vel alterius earum, seu aliquas gentes, vel singulares personas ipsarum, vel alterius earum, seu adherentes, complices, vallitores, vel sequaces ipsarum partium, vel alterius earum comuniter, vel divisim contra aliquam partem, terras, loca, subditos, gentes, vel singulares personas ipsarum, seu adherentes, complices vallitores vel sequaces alterutrius partis quomodocunque, et qualitercunque illata, data, seu facta fuissent, et omnes penas, et interesse in quibus per preteriti guerram, vel aliqua hinc retro facta, vel comissa fuissent incursum. Facientes sibi invicem, et vicissim dicte partes dictis nominibus de predictis omnibus, et singulis finem, quietationem, remissionem, omnimodam liberationem, et pactum de ulterius non petendo nec non de predictis omnibus et singulis per acceptilationem, et aquilianam stipulationem verbis solemnibus et legitimis interpositas plenarie se se invicem liberando, et sibi mutuo, et vicissim promitentes bonam et veram pacem

predictis non obstantibus perpetuo observare. Et quod occasionibus supradictis,

nec ~~alia~~ aliqua earum nulla in perpetuum lis, molestia, controversia, vel requisitio

fiet vel movebitur per unam partem contra alteram, vel per singulares

personas unius partis contra aliam, vel contra singulares personas ~~unius partis~~ alterius

~~contra aliam vel contra singulares personas~~ alterius partis adherentes, valli-

tores complices, vel sequaces ipsarum partium, vel alterius earum, in judicio

vel extra tam de jure quam de facto. Item fuit actum inter dictas partes nomi-

nibus predictis quod omnes captivi, carcerati, et ~~detempti~~ detempti partium predictarum,

et cujuslibet earum, ac subditorum ipsarum partium ubicumque sint, et

penes quemcumque capti vel detempti fuerint, et quicumque sint, sive

capti sint per ipsas partes vel gentes ipsarum, vel singulares personas

seu stipendiarios ipsarum partium, et cujuslibet earum, sive etiam si

fuerint detempti in virtute, seu potestate ipsarum partium vel ~~quarum~~ quarum-

cumque singularum personarum cujuscumque conditionis et gradus

sint, libere et sine aliquo redemptione, et exactione, vel impedimento

quocumque reali vel personali relaxentur, liberentur, et expediantur,

ac restituantur pristine libertati. Item fuit actum inter partes predi-

ctas nominibus predictis, quod omnes Civitates, Castra, terre, et loca que

tempore inchoationis presentis guerre tenebantur, seu possidebantur

per aliquam ipsarum partium, seu ipsarum ~~partium~~ partium subditos, vel adhe-

rentes, que in presenti guerra per aliquam ipsarum partium, subditos, vel adhe-

rentes ipsarum capta vel capte occupata, vel occupate tenentur, relaxen-

tur et expediantur per partem occupantem seu tenentem in eo statu

in quo hodie sunt, exceptis munitionibus ~~mobilibus~~ nobilibus quas ipse partes,

vel

vel aliquo ipsarum potuissent in dictis locis, vel aliquo ipsorum, quas libere exponi facere possit. Taliter quod illa pars, vel persone, que dicta loca, Castra, vel terras tenebant tempore dicte inchoate guerre, ipsa possit intrare, tenere, et munire sic et taliter quod dicta loca, que ante presentem guerram per Commune, et dominationem Venetiarum, seu eorum nominibus tenebantur sine aliquo impedimento ad manus et potestatem dicti Communis Venetiarum pateant devenire et pervenient, si ipsa capere valent salvo iure compromissi suprascripti. Et consimiliter loca, que ante presentem guerram per dominum Patriarcham, et Ecclesiam Aqui=legensem, seu eorum nominibus tenebantur sine aliquo impedimento ad manus, et potestatem dicte Ecclesie pateant devenire, et pervenient si ipsa capere valent, et ipsa tenere possint, prout tenebant, et tenere poterant ante presentem guerram in omni et tali iure possessionis, et dominiis quibus ante presentem guerram tenebantur. Ita quod per dictam occupationem, vel relaxationem, vel expeditionem ipsarum terrarum, vel alicuius earum nullum ius de novo intelligatur acquisi=tum, actum, vel dominium alicui ipsarum partium, nisi prout habe=bant ante presentem guerram. Exceptis a predictis omnibus et singulis civitate Tergesti; Castris de Mocco, et Moculano territoriis, districtibus, villis, et pertinentiis ipsius, et ipsorum, et cujuslibet eorum

cum omnibus fortiliciis, et locis, que intra eorum continentias, confines et districtus.

Quam Civitatem, Communitates et loca predicta Sindici, Actores, et Procuratores prefati domini Ducis et Communis Venetiarum nomine antedicto liberant perpetuo ab omni iure possessionis, et dominij, quam seu quod in dictis locis, vel aliquo eorum habeant, et ad omni vinculo cujuscumque homagij, fidelitatis, jurisdictionis, et obligationis alterius cujuscunque quocumque nomine censeatur, et que dici vel excogitari possit, qua seu pro qua dicte Civitas et Castra, Communia, terre, et homines forent quecunque, et qualitercumque dicto domino Duci, et Communi Venetiarum obligati, vel quomodolibet tenerentur liberantes et absolventes nos notarios infrascriptos, tanquam personas publicas stipulantes et recipientes nomine et vice predictarum Civitatis Castrorum, Communium, Universitatum et singularum personarum earundem à predictis omnibus et singulis per acceptillationem et Aquilianam stipulationem verbis legitimis, et solemnibus interpositas. Facientes nobis dictis notariis ut supra recipientibus de predictis omnibus et singulis finem quietationem, omnimodam liberatione et pactum de ulterius non petendo. Promittentes nobis dictis notariis ut supra stipulantibus, et recipientibus nec non predictis Venerabilibus, et egregijs Sindicis, actoribus, procuratoribus, ambasciatoribus, et nunciis specialibus dicti domini Vicedomini Ecclesie et Capituli Aquilegensis et Patrie Forijuli nomine et vice dicti Patriarchatus, et Ecclesie Aquilegensis recipientibus, quod nulla imperpetuum lis causa, molestia, controversia, vel requisitio fiet, vel movebitur contra dictas Civitatem, Castra, Communia, et personas nec non contra dictum dominum Patriarcham, et ecclesiam Aquilegensem, in judicio nec extra, de jure, nec de facto, publice vel occulte, directe vel per indirectum. Exceptis et reservatis a predictis omnibus et singulis prestatione annua illius quantitatis vini, ribolei,

et olei

et olei, que per dictos venetos, et Commune Venetiarum regalia appellan=
tur. Que dicta Civitas et Comunitas Tergesti dicto Domino Duci et Comuni
Venetiarum ~~solito, et consueto censu prestare~~, antequam dominus Dux,
et Commune Venetiarum haberent dominium, et possessionem, et ~~haberent~~ tenerent Civita=
tem Tergesti, que prefato magnifico domino Duci et Communi Venetiarum
prestari debeant, predictis non obstantibus, prout et secundum quod Commune
Tergesti consuetum et solitum erat prestare antequam Commune Venetia=
rum tenerent et possiderent dictam Civitatem Tergesti. Et excepto etiam quod
dictis domino Duci et Communi Venetiarum, et subditis, et districtualibus
eorumdem remaneant salva, et integra, illibata, et illesa jura mercandi
libere, et absque solutione alicujus pedagii, datii vel gabelle, seu alterius
impositionis cujuscumque ac transeundi, standi, et redeundi cum suis navigi=
iis mercimoniis, atque rebus, que habebant in ipsa Civitate, et territorio,
eo modo et forma prout soliti, et consueti erant antequam dominus Dux,
et Commune Venetiarum haberent dominium et possessionem, et tenerent
Civitatem Tergesti. Et versa vice dicti dominus Dux et Commune Venetia=
rum teneantur et debeant solvere, et prestare omnia illa, que soliti et consu=
eti erant solvere et prestare Communi Tergesti, et singularibus personis,
si eis solvere vel prestare aliquid consueverunt. Et in super fuit actum

inter dictas partes nominibus predictis non obstantibus suprascriptis, quod omnes

domus possessiones, et bona mobilia singularum personarum subditarum dicti

Communis Venetiarum quas habent in dicta Civitate, et territorio Tergesti, et

Castrorum, locorum, et districtus predictorum, que tenebant et possidebant ante

presentem guerram eisdem restituantur, talia, qualia sunt in eo iure possessionis

possessionis, et dominij quod habebant ante presentem guerram. Et eodem

modo dictis Tergestinis et districtualibus dictorum locorum restituantur omnes

domus, terre et possessiones, quas habebant ante presentem guerram in Veneti-

is, territoriis, et districtibus Communis Venetiarum, tales quales sunt, et resti-

tuantur in eo iure possessionis, et dominij, in quibus erant ante presentem

guerram. Hoc dato et specialiter convento inter dictas partes, quod Sindici, Pro-

curatores, actores, ambaxiatores et nuncii speciales ecclesie Aquilegensis

nomine et vice dicte ecclesie promiserunt per stipulationem solempniter

prescriptis Sindicis et procuratoribus dictorum domini ducis et Communis

Venetiarum stipulantibus, et recipientibus vice et nomine dictorum domini ducis et Communis Venetiarum se facturos, et curaturos cum effectu, quod dictum Commune

Tergesti ratificabit et approbabit per publicum instrumentum suprascri-

ptum Capitulum infra duos menses a presenti die numerationis sub pena

in presenti pace apposita; Que pena ipso facto Communi Venetiarum applice-

tur, et possit exigi cum effectu. Et quod pro dicta pena possit conve-

niri, arrestari, et detineri personaliter et realiter. Acto et Convento inter

ipsas partes quod omnes domus, possessiones, predia, et bona immobilia

factum

partium predictarum et singularum personarum ipsarum, que per ipsas
partes, et singulares personas ipsarum ante presentem ~~guerram~~ guerram tene=
bantur in eo statu, in quo nunc sunt, restituantur hinc inde ~~illis~~ illis par=
tibus, et personis que ipsa tenebant ante presentem guerram. ~~tenebantur~~
~~in eo statu, in quo nunc restituantur hinc inde illis partibus et~~
~~personis que ipsa tenebant ante presentem guerram.~~ Item fuit actum
inter dictas partes, quod omnia debita ad que dicte Communitates, vel
singulares personas subdite, et districtuales dictarum partium, et
cujuslibet earum sibi invicem tenebantur ante presentem guerram,
que per dominia ipsarum partium, vel alicujus earum exacta
non fuerint, seu capta, remaneant inter ipsas partes in eo statu,
in quo erant ante presentem guerram. Et fieri debeat hinc et inde
justitia inter partes, et plenum et expeditum justicie complementum.
Item fuit actum inter partes predictas nominibus predictis, quod prefa=
tus dominus Dux et Commune Venetiarum teneantur et debeant de cetero
solvere, facere, et prestare dicto domino Patriarche, et Ecclesie Aquile=
gensi, et ejus Ecclesiis et subditis annuas prestationes pecuniarum
et ~~aliquarum~~ aliarum quarumcumque rerum quas solvere, facere, et prestare
ante presentem guerram consueverunt, et tenentur ex ~~forma~~ forma

pac

pactorum initorum inter dictam Ecclesiam et Patriarcham, seu Patriarcatum Aquilegensem, et dominum Ducem et Commune Venetiarum. Et quod dictus dominus Patriarcha, et Ecclesia Aquilegensis restituantur, et restituti esse intelligantur ad omnia jura, immunitates, et facultates, que ex forma dictorum pactorum sibi competebant ante presentem guerram. Que pacta inter dictas partes debeant super predictis inviolabiliter observari. Et similiter prefatus dominus Patriarcha, et ejus Ecclesia et subditi de cetero, solvere facere, et prestare teneantur dictis domino Duci et Communi Venetiarum, et eorum Ecclesiis, et subditis omnes prestationes pecuniarum, et aliarum quarumcumque rerum, quas solvere et prestare ante presentem guerram consueverunt, et tenentur ex forma dictorum pactorum. * Et

* Et quod dominus Dux et Comune Venetiarum restituantur, et restituti intelligantur ad omnia iura, immunitates, et facultates, que ex forma dictorum, pactorum etc.

competebant ante presentem guerram; que pacta inter dictas partes super predictis inviolabiliter observentur. Item fuit actum et solempniter conventum inter dictas partes dictis nominibus, quod dominus Dux et consilia nomine, et vice ipsius, et dicti Communis Venetiarum infra unum mensem a die publicationis presentis pacis faciant Compromissum super questionibus, controversiis et discordiis que sunt, et esse possunt inter dominum Patriarcham, et Ecclesiam Aquilegensem ex una parte, et ipsum dominum Ducem et Commune Venetiarum ex altera super jurisdictione et juribus totius Riperie

Istrie

istrie in Santissimum dominum nostrum Papam, ita quod dictus
Santissimus dominus noster Papa cognoscat simul et semel ~~definia~~ diffini-
at tam de proprietate, quam de ~~passione~~ possessione dicta de jurisditio=
nis et aliorum dictorum jurium per arbitrationem, per arbitrium, per
rationem, laudationem, ordinationem, et amicabilem compositionem,
alte et basse, sicut ei videlicet, sub pena mille Marcharum argenti,
medietas cujus pene cedat romane Ecclesie, et alia medietas cedat parti
observanti predicta, prout et sicut continetur aliar fuisse Compromissum
inter dictas partes in dominum Papam Nicolaum quartum, secundum
quod ~~aperit~~ apparet in quodam publico instromento scripto manu Donati Lom=
bardi imperiali auctoritate notarii, publici, et Ducatus Venetiarum
scribe, et Gualtarij Civitatensis Apostolica, et imperiali auctoritate
notarii, et Henrici imperiali auctoritate notarii, anno Domini Millesimo
ducentesimo LXXX-primo, inditione quarta, die XI. intrante novembris.
Et si post predictum dominum* Papam vel alium Papam ultimo confectum,
stratur ultimo compromisso, quantum ad formam baylie date, et sequens
presens Capitulum illa baylia intelligatur esse data dicto Santissimo
domino nostro Pape presenti, et successoribus suis, que in quo ultimo
compromisso reperitur si contingat ultimum reperiri. Sane compro

-* instrumentum compromissi reperiretur aliud instrumentum compromissi facto per dictas partes de predictis in dictum dominum

intellecto et excepto ad omnibus predictis, quod Civitas Tergesti cum Castris de Mocho et Mochelano cum teritoriis districtibus, villis, et pertinentiis ipsius vel ipsorum, et cuiuslibet earum cum omnibus fortilitiis, et locis, que infra eorum continentur confines, et districtus, de quibus fit mentio in speciali capitulo presentis pacis, non includatur nec veniat, nec venire intelligatur in supradicta cognitione, arbitrio et potestate data predicto Santissimo Domino nostro Pape per presens Capitulum. Et quod etiam donec, et quousque dictum compromissum in forma predicta factum fuerit dicti domini Vicedominus, et alii gubernatores regentes seu representantes ecclesiam Aquilegensem, et dictam Patriam Forijuli, non teneantur, nec sint astricti, seu obligati vigore presentis pacis ad relaxandum, dimittendum, seu expediendum dicto domino Duci, et Communi Venetiarum Civitates, Castra, terras, et locas, que eis dimittere et relaxare tenentur, secundum formam presentis pacis. Sed de dictis locis, nec aliquo ipsorum dictus Dominus Dux, et Commune Venetiarum, nisi prius facto dicto compromisso se impedire non debeat, neque possit, nec dictam ecclesiam in dictis locis, et terris molestare. Facto autem dicto Compromisso ut supra, dictus dominus Vicedominus, et dicti representantes seu gubernatores dictam Ecclesiam Aquilegensem, et Patriam Forijuli teneantur, et debeant observare et executioni mandare contenta in dicto

Capitulo

capitulo de relaxatione, et expeditione dictarum Terrarum, et locorum mentionem faciente. Et in casu quo supra dicti sindici, actores, et procuratores dicte ecclesie, et Patrie Forijuli, vel alter ipsorum habens in solidum potestatem infra dies viginti quinque dicti mensis non fecerint dictum compromissum insimul, et una cum dicto domino Duce, et Consilii quod prefatus dominus Dux, et Consilia nomine dicti Communis Venetiarum soli, et per se possint dictum Compromissum facere in forma predicta. Hoc acto et specialiter convento inter dictas partes, quod prefatus dominus noster Papa vigore dicti Compromissi cognoscere, vel procedere non possit, nec dicti Aquilegenses, vel presidentes Ecclesie Aquilegensis possint vigore dicti compromissi procedere vel dominum nostrum Papam requirere nisi prius dictum Compromissum factum per dictum dominum Ducem, Consilia, et Comune Venetiarum ex una parte, et supradictos sindicos actores, et procuratores, ambasciatores, et nuntios speciales dicte Ecclesie Aquilegensis, et Patrie Forijuli vel alterum ipsorum ex altera, ratificatum, et approbatum fuerit per personam, vel personas legitime presidentem, vel presidentes ecclesie supradicte. Item fuit actum inter dictas partes nominibus antedictis, quod omnes homines et persone cujuscunque status conditionis, et sexus existant, que ante presentem guerram habitabant, seu solite sunt habitare ante seu que habebant possessiones et bona, et que poterant habitare,

publicum dictum dominum Padrianum fore colligatum ejusdem domini Regis

quod ipse pro colligato habeatur, sin autem pro adherente ipsius teneatur.

Item quod omnes adherentes dictarum partium et cujuslibet earum qui

superius sunt descripti, intelligantur, et sint inclusi in presenti pace, et quia non esset

et restitutiones dapnorum ligaret ignorantes, actum fuit et specialiter conventum inter omnes dictas

conveniens, neque justum quod presens pax, quod offensiones ~~inter dictas~~

partes, quod offensiones inter dictas partes

~~partes~~, et earum gentes subditos adherentes, et complices cessare debeant

secundum terminationem, et limitationem locorum et temporum, que

fiet inter dictas partes, de qua conficietur instrumentum publicum, post

que tempora secundum distinctionem ipsorum temporum, et locorum que

fiat, si aliquod dapnum fiat per alteram ipsarum partium, vel ejus subdi-

gentes adherentes, vel sequaces debeat fieri parti lese amendatio et restitu-

tio ipsarum dapnorum. Pro offensionibus autem et dapnis, que inter dictas

partes inferentur ante tempora ordinanda in locis singulis, nulla emendatio

vel restitutio fieri debeat, nec contra presentem pacem intelligantur illata.

Ita tamen quod omnia castra, loca, terre, fortilitie et captivi, que et

qui caperentur, vel occuparentur a die formata presentis pacis etiam

ante seu infra dictum terminum et tempus statuendum per aliquam partium

predictarum, seu gentes earum hinc inde semper, et in omni casu restituantur,

et libere relaxentur. Que omnia et singula supradicta omnes dicte partes

dictis nominibus et quelibet ipsarum sibi invicem et vicissim, solempnibus

stipulationibus

stipulationibus hinc inde interpositis promiserunt attendere, complere, et observare, et contra in aliquo non facere vel venire sub pena florenorum centum Millium auri solemniter stipulata. In qua pena incidat qualibet ipsarum partium, que predicta non observaverit, et Comitatur, et applicetur parti observanti, contra quam esset contrafactum, toties quoties fuerit contrafactum, ratis manentibus omnibus, et singulis supradictis. Sane semper intellecto, quod dicta pena generalis in presenti Capitulo posita locum non abeat in illis casibus, seu Capitulis, in quibus, seu per que in presenti pace de pena specialiter est provisum, sub ipotecha, et obligatione omnium bonorum dictarum partium, et cujuslibet earum presentium et futurorum. Et ad majorem roboris firmitate dicte partes in animas constituerum corporaliter tactis sacrosanctis scripturis juraverunt ad Sacra dei Evangelia predicta omnia et singula haber, et tener rata, grata et firma attendere complere, et observare, et non contrafacere, vel venire beneficio restitutionis in integrum, nec alio quocunque iure generali vel speciali quod dici, vel excogitari possit, quolibet non obstante. Promiserunt etiam et solemniter convenerunt omnes partes subscripte videlicet quelibet ipsarum nominibus antedictis, quod presens pax publicabitur in principalibus, civitatibus ipsarum partium, et ratificabitur per dominia, et Communitates

Constituentium earundem modis et formis consuetis; videlicet per prefatum Serenissimum Dominum Regem Hungarie infra menses duos hodie inchoandos, per omnes alias partes infra mensem unum. De quibus publicatione et ratificatione fiant plena, et sufficientia instrumenta cum cautelis, juramentis, penis, et solennitatibus opportunis, et talibus fieri consuetis.

Tenores vero mandatorum, de quibus supra in principio fit mentio, secuntur prout inferius. Et primo mandatum Regie Majestatis. In Christi nomine amen. Nos Lodovicus dei gratia Hungarie, Polonie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Ludomerie, Bulgarie, Comanieque Rex princeps Salernitanus, et honoris montis Sancti Angeli dominus omni jure via, modo, et forma, quibus melius et efficacius possumus, et valemus, pro nobis heredibus, et successoribus nostris sponte, et ex certa omni scientia facimus constituimus creamus, et ordinamus fideles nostros dilectos venerabiles in Christo patres, et dominos Valentinum Quinqueecclesiensem, et Paulum Zagrabiensem Episcopos absentes, tamquam presentes nostros certos nuntios, negotiorum gestores, missos, actores, et legitimos, et speciales procuratores, et quicquid melius magis amplius, atque majus censeri, dici et esse possunt. Ita quod de infrascriptis, agendis, et gerendis incipere, seu mediare valeant, concludere, vel finire, et quemlibet ipsorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, sed altero absente unus eorum, et quelibet prosequi, aut incipere, mediare valeat, et finire, in omnibus causis, litibus nostris, controversiis, et querelis

Civilibus

civilibus, et criminalibus presentibus et futuris. Specialiter ad tractandum, [illegible]

complendum, faciendum, firmandum, et concludendum nomine nostro bonam,
veram, sinceram perpetuam, solidam, et tranquilam pacem, atque concordiam,
cum magnifico domino Andrea Contareno dei gratia Duce Venetiarum, et cum
ipso Communi Venetiarum, seu cum eorum procuratoribus, et Sindicis ad hac
legitime constitutis de omnibus, et singulis guerris, discordiis, dissidiis, discorsioni=
bus, differentiis, questionibus, litibus, et controversiis vertentibus, et existentibus,
seu quoquo modo verti et existere, et esse possent inter Majestatem nostram
ex una parte, et prefatum Ducem et Commune Venetiarum, et adherentes
subditos, fideles et sequaces suos ex alia. Et de omnibus et singulis damnis,
injuriis, cedibus, incendiis, violenciis, et offensionibus personalibus, et realibus per
partes predictas vel alteram earum factis, dictis Commissis, vel perpetratis in alio parte,
seu subditos barenalos, adherentes, et sequaces ejusdem quocumque, vel qualiter=
cumque, et alia quacumque ratione vel causa, seu occasione, sub illis modis,
formis, pactis, conventionibus, promissionibus, obligationibus, realibus, et perso=
nalibus, penarum adjectionibus renuntiationibus, cautelis clausulis oppor=
tunis, que dictis nostris procuratoribus videbuntur, vel eorum alteri alio absente
videbitur. Finem quoque liberationem, remissionem, refutationem, quieta=
tionem, absolutionem, et pactum de ulterius non petendo faciendum, et

majorandum

recipiendum cum stipulationibus, et clausulis necessariis. Et ad postandum nomine nostro dictis procuratoribus, et Sindicis domini Ducis, et Communis Venetiarum omnem promissionem, et obligationem de qua invicem convenerint. Et similiter eas et dictis procuratoribus et Sindicis Domini Ducis, et Communis Venetiarum vice nomine nostro recipiendas, seu recipiendum. Et quod pro observatione eorum omnium et singulorum que hinc inde promissa, et gesta fuerint, nos, et bona nostra et heredes obligandum, et ad ipsis procuratoribus et Sindicis domini Ducis, et Communis Venetiarum obligationem recipiendam seu recipiendum perpetuam. Et quod ~~pro observatione eorum omnium et singulorum que hinc inde promissa et gesta fuerint nos et bona nostra et heredes obligandum, et ad ipsis procuratoribus et Sindicis domini Ducis, et Communis Venetiarum obligationem recipiendum, seu recipiendum perpetuam~~ Item specialiter ad recipiendum, seu alterum eorum recipiendum, et acceptandum ab ipso domino Duce, et Commune Venetiarum seu ad eorum procuratoribus, et Sindicis quascumque Civitates, Terras, Castra, Oppida, et loca quecumque cum mero et mixto Imperio Jurisditione, subjectione obedientia, et ditione quacumque ad ipsum dominum Ducem et Commune Venetiarum quocumque spectantes, vel spectantia, quas et que dictus dominus Dux et Commune Venetiarum, seu Sindici et procuratores eius ex pactis et in pactis hinc inde firmandis et fiendis, et in ipsius pacis conclusione

Calmini

culmini nostro tradere, submittere subicere, et applicare vollet, de ipsisque Majestatis nostræ nomine tenutam et possessionem corporalem intrandi, accipiendi, et apprehendendi cum omnibus solemnitatibus, quæ in hujusmodi similibusque contractibus de jure, ac de consuetudine requiruntur. Et ad juvandum in animam nostram perpetuo attendere, et inviolabiliter observare quæcumque dicti procuratores nostri ambo simul vel alio absente alter eorum pro se dixerint vel dixerit promittenda, et prout supra premissis, et quolibet prædictorum convenerint. Simile quoque juramentum recipiendum ab aliis. Volumus insuper, et ordinamus, ut quæcumque occurrerit facienda ipsi domini Exregi prædicti ambo simul, vel alter eorum procuratores et sindici nostri incipere, mediare, concludere, exequi valeant ambo simul vel alio absente alter eorum valeat, et finire. Et generaliter ad omnia alia et singula agendum dicendum, faciendum, procurandum, tractandum promittendum et executioni mandandum, quæ in premissis, et circa ea, et in dependentibus et conexis ab eis fuerint necessaria, utilia, et opportuna. Et quæ nos idem Ludovicus Rex prædictus dicere, facere, et exercere, tractare et exequi possemus atque concludere, si ibidem se exerceret, et quæ quilibet verus nostra ad hæc personalis præsentia se offerat et quæ quilibet verus vel veri, et ligitimus vel ligitimi procurator, vel procuratores dicere,

facere, et exercere posset, vel possent. Dantes et concedentes dictis procuratoribus, et nuntiis nostris plenum liberum, generale ac speciale mandatum cum plena, libera, generali, et speciali administratione omnia et singula agendi dicendi, faciendi, promittendi, tractandi, concludendi et executioni mandandi nomine majestatis nostre in premissis, et circa premissa, et dependentibus, et conexis ab eis etiam si talia majora vel graviora forent ac prorsus extranea, que mandatum exigerit speciale. Promittentes per nos et successores nostros semper firma rata, et grata habere, tenere, attendere, et inviolabiliter observare, quecunque per ipsos procuratores, et nuncios nostros vel alio absente per unum eorum dicta facta gesta, promissa, conclusa et ordinata fuerint in premissis, et circa premissa, et in dependentibus, et conexis ab eis, et non contrafacere vel venire aliqua ratione, vel causa de jure vel de facto sub obligatione nostra heredum et successorum nostrorum, et bonorum omnium ypotecha presentium per sigillum nostre Majestatis appensione testimonio litterarum. Actum Bude in nostro Palatio Regali tertia decima die Februarij anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo

Tenor procurationis Venetorum. In Christi nomine amen, Anno nativitatis ejusdem Millesimo trecentesimo octuagesimo primo, inditione quarta, die quinto decimo mensis Aprilis. Excelsus et Illustris dominus dominus Andreas Contareno dei gratia

Dux

dux Venetiarum ~~una~~ unaa cum suis Consiliis habentibus ad infrascripta, et alia exercenda plenissimam libertatem ad sonum Campane, et voce preconia more solito specialiter convocatis, et congregatis, et ipsa consilia ~~una~~ unaa cum ipso domino Duce unanimiter et concorditer, nemine discrepante, ~~et~~ omnibus modis, iuribus, formis, et causis quibus melius potuerunt pro se, et successoribus suis, ac nomine, et vice Communis Venetiarum fecerunt, constituerunt, et ordinaverunt suos, et dicti Communis Venetiarum sindicos, actores, deffensores, procuratores, legitimos, et negotiorum gestores, et quicquid melius esse, et dici possunt Nobiles, et sapientes viros dominos Zachariam Contareno, Iohannem Gradonico, et Michaelem Mauroceno procuratorem Ecclesie Sancti Marci, honorabiles cives Venetiarum absentes tanquam presentes, et quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis conditior potior non existat, et quod unus vel plures eorum inceperit, alii vel aliis possint prosequi, et finire, in omnibus eorum, et dicti Communis Venetiarum litibus controversiis, et querelis civibus, et criminalibus, presentibus, et futuris; et specialiter ad tractandum, conveniendum, transigendum, et paciscendum, ac tractatus, conventiones, transactiones, et pacta ineundum, et faciendum, et firmandum cum Serenissimo et excellentissimo Domino domino Lodovico dei gratia

illustri Rege Hungariae seu cum quibuscumque Prelatis Baronibus, Commis=
sariis, et procuratoribus deputatis vel deputandis a prefata Serenissima regia Majes=
tate Hungariae, et quolibet eorum, nec non cum excelso et illustri domino Nicolao de
Guarco Duce Janue, et Communi Janue ejusdem Majestatis Hungarie Colli=
gatis seu cum Sindicis procuratoribus, et ambasciatoribus ejusdem domini
Ducis et Communis Janue, et cum Patriarcatu et Ecclesia Aquilegensi Colli=
gatis ejusdem Majestatis Hungarie, seu cum Rectoribus administratoribus, et agen=
tibus pro Patriarcatu, et Ecclesia Aquilegensi; ac etiam cum magnifico et poten=
te domino Francisco de Carraria Civitatis Padue, et districtus pro imperiali Maje=
state Romanorum Vicario generali colligato etiam prelibate regis majestatis Hungarie, seu cum Procuratoribus suis, et cujuslibet predictorum, et quibus=
cumque aliis Colligatis adherentibus, fautoribus complicibus, subditis, et fidelibus
ejusdem Regie majestatis, et quolibet eorum simul, vel divisim. Et ad tractan=
dum, faciendum, complendum, et firmandum cum prelibata Serenissima Majestate
Hungarie, et cum supradictis, et quibuscumque aliis Colligatis, et adherentibus
fautoribus, complicibus, subditis, et fidelibus ejusdem Majestatis, et quolibet
eorum simul, vel divisim bonam, veram, et perpetuam pacem, et concordi=
am, vel treugas de omnibus querris, discordiis, dissidiis, questionibus, dissensionibus, et
rancoribus vigentibus, seu que vigere possent inter prefatam Serenissimam
Majestatem Hungarie, et ejus colligatos, adherentes, fautores, complices,

subditos

subditos, et fideles, et quemlibet eorum simul vel divisim ex una parte, et prefatum dominum Ducem, et Commune Venetiarum, ac eorum Colligatos, adherentes, fautores, Complices, et subditos et fideles, et quemlibet eorum simul vel divisim ex parte altera, causa, et occasione, seu ratione quacumque, sub illis pactis, modis, conditionibus, alligationibus, promissionibus, penarum adiectionibus, terminis, conventionibus, formis et articulis, cautelis, et clausulis, que dictis sindicis, et quilibet eorum videbuntur, et ad faciendum recipiendum finem, absolutionem, promittentes sub alligatione bonorum Venetijs in ducali palatio presentibus Sapiente et Circumspecto Viro domino Raphaino de Caresinis Ducatus Venetiarum Cancellario, ac providis Viris ser Amadeo de Bonguarda notariis, ser johane Vido, et ser Petro quondam ser jacopini de Rubeis Ducatus Venetiarum scribis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis, et aliis. In premissorum autem omnium fidem, et evidentiam pleniorem, prefatus inclitus dominus Dux presens instrumentum Sindicatus fieri mandavit, et sua bulla plumbea pendente muniri. Ego Leonardus de Angolellis de Venetiis filius quondam ser Francisci Imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis presens fui, et ea de mandato prefati incliti domini Ducis publicavi rogatus.

Tenor Sindicatus januensium. In nomine domini Amen. Illustris et

magnificus dominus dominus Nicolaus de Guarco dei gratia januensium dux et
perpetualis defensor, in presentia, consilio deliberatione sui, spectabilis et prudentis
Antianorum Consilii in pleno numero congregati et quorum de dicto consilio
nomine sunt hec dominus Nicolaus de Necho Prior, dominus Bartholomeus
de jacopo legum doctor, dominus Vincentius de Flisco, dominus Quilicus
Quilicus Bondinarius, dominus percival Cibo, dominus Franciscus de Anthona,
dominus Anthonius Larcharius, dominus Bartholomeus de Prato de Bulzaretto,
dominus Tomas Cataneus, dominus Salvus Cazatus, dominus jllarius Lecavellus,
et dominus Thomas Spinulla, nec non dictum consilium seu consiliarij Anciani
in presentia, auctoritate, voluntate, et decreto prefati jllustris, et magnifici
domini ducis, nomine et vice Communis janue, et pro ipso Communi, ac
quibuscumque subditis, et districtualibus ejusdem Communis absolventes
et deliberantes se prius super infrascriptis ad balotulas albas et nigras,
que reperte fuerunt omnes albe numero XIIII. nulla nigra. Et ad cautelam
in presentia, voluntate, deliberatione, et consensu infrascriptorum octo prudentum
Officialium guerre majoris dicti Communis janue etiam in pleno
numero congregatorum, nomina quorum sunt hec: Babilanus ventus
prius, prior, Damianus, de Clavaria, Cataneus de Auria, Franciscus Leardus
Luchinus de Ronavai, Bartholomeus Sindebene de Vernatia, Anibaldus Lomelinus,
et Antonius

Antonius Lullus omnique jure via modo, et forma quibus melius potue-
runt, et possunt, fecerunt, constituerunt, elegerunt, et ordinaverunt, ac
faciunt constituunt, eligunt, et ordinant eorum, dictique Communis Janue
viros certos, indubitatos, legitimos, sindicos, procuratores, nuntios, ac actores,
et prout de jure melius, dici censeri, vel appellari possunt, Nobiles et circumspectos
viros dominos Leonardum de Montalto jurisperitum, Franciscum Embriacum
Neapolionum Lomelinum, et Mattheum Marucium nobiles cives Janue,
licet absentes tanquam presentes, et tres eorum semper in solidum quotiens
contigerit unum eorum causa absentie, vel infirmitatis, seu alia juste, et
rationabili causa, una cum aliis tribus interesse non posse, ad tractandum,
proveniendum, et iniendum, et firmandum bonam, veram, sinceram pacem, et
bonum, verum, sincerum accordium deo propitio perpetuo duraturam, et duraturum
cum illustris et magnifico domino domino Andrea Contareno Duce Venetiarum,
ego Baldasal. Nicolai de Damatto Not.

Tenor Procuratorij patris et filii dominorum Padue. In Christi nomine Amen.
Anno ejusdem nativitatis Millesimo tercentesimo octuagesimo primo Indictione
IIII die jovis decimo octavo mensis Aprilis, Padue in Palacijs habitationum infras-
criptorum Magnificorum Dominorum patris, et filii in Camera a quadris presen-
tibus egregiis, et strenuis militibus domino Bonifacio de Lupis de Parma

Marchione Sovanee filio, eiusdem egregii militis domini Vgolloti de Lupis de Parma de contrata Sancti Firmi, domino Romeo de Pepolis de Bononia quondam magnifici domini Johanis de Pepolis Padue habitanti in contrata Burgi de Vagua, ac domino Simone de Lupis de Parma Marchione Sovanea quondam nobilis militis domini Guidonis de Lupis de Parma de contrata domi de Padua, egregio Legum doctore domino Paganino de Sala cive Patavo filio quondam domini Conradi de Sala de contrata Sancti Laurentii, Nobili viro Checho quondam Petri de Leone de Padua de contrata sancte Lucie, et circumspecto et prudente viro ser Francisco Turchetto infrascripti domini Francisci de Cavaria Referendario filio quondam ser Antonii Turchetti de contrata domi de Padua testibus vocatis, et rogatis et aliis. Ibique magnificus et excelsus dominus dominus Franciscus de Cavaria Paduae natus olim felicis recordationis magnifici domini Jacobi de Cavaria similiter domini Padue, ac magnificus natus eius dominus Franciscus de Cavaria auctoritate, consensu, et licentia dicti magnifici genitoris sui domini Francisci de Cavaria ibi presentis, volentis, consentientis, et parabolam ei dantis uterque ipsorum in solidum, et pro se, omni iure, via modo, et forma quibus melius, et efficatius potuerunt, et possunt pro se et eorum heredibus, et successoribus, sponte et ex certa scientia fecerunt constituerunt creaverunt, et ordinaverunt egregios, et honorabiles viros dominum Arsendinum de Arsendis de Furlivio legum doctorem eximium natum quondam famosissimi

famosissimi legum doctore domini Raynerii de Forlegio, dominum Thadeum de Azoguidis Bononiensem militem, dominum Antonium de Zachis de Luce montium legum doctorem ipsius magnifici domini Padue generalem Vicarium filium quondam domini manuelis de monte Chatoio, nec non dominum jacobum Turchettum legum doctorem filium quondam ser Antonii Turchetti Civem Patavium omnes Padue habitatores, ibi presentes, et honus mandati sponte suscipientes quemlibet eorum insolidum ita quod occupantis conditio potior non existat, et id quod unus ipsorum inceperit, alius possit mediare prosequi et finiri, suos certos, et veros nuntios, missos, actoresque in omnibus suis, et Communis Padue causis litibusque et specialiter ad tractandum, et concludendum bonam, veram, puram sinceram perpetuam, solidam, et tranquillam pacem unanimitatem, atque concordiam cum Illustre, et magnifico domino domino Andrea Contareno dei gratia Duce Venetiarum. Cum ipso Communi Venetiarum. De omnibus et singulis guerris discordiisque vertentibus inter prefatos magnificos dominos patrem et filium de Carraria seu Commune Padue ex parte una, et prefatum dominum Ducem, et Commune Venetiarum, et adherentes, et subditos fideles, et sequaces suos ex altera, et de omnibus et singulis dapnis injuriisque promittentes, sub obligatione ego Bandinus filius Angeli natarii de Bandino de ... Civis et

habitator Civitatis Padue in quarterio domi, centuria, et contrata Sancte Lucie imperiali auctoritate notarius et judex ordinarius, ac prefati magnifici domini Francisci de Carraria Padue etc. scriba his omnibus interfui et rogatus hec omnia bona fide scripsi.

Tenor sindicatus Comunis Padue. In nomine domini nostri Jesu Christi, ut in superiori. Tenor mandati Vicedomini Aquilegensis. In Christi nomine Amen. Anno dominice nativitatis Millesimo trecentesimo octuagesimo primo, inditione quarta, die nono mensis Aprilis. Actum in Castrum Vacile Aquilegensis diocesis in Camera Palacii presentibus Reverendo patre domino Carolo Abbate Monasterii Rosacensis et venerabilibus, egregiis, et honorabilibus viris dominis Johane juniore de la Turre et Antonio de Roncone Canonicis Aquilegensibus, Nicolao, Johane, Furlano, et Articho Comitibus de Porcileis, Prijando Comite de Prata, Andrea et Nicolao ejus filio comitibus de Polcenico, Nicolao de Mels, Bernardo de Strasoldo, ~~Federico~~ Johane Tajotto de Sbroglavacca, Ludovico de Villalta, Nicolao de Strasoldo, Federico de Murutto, Ottacho et Hussio de Civitate Austria, Nicolao Bomben, et Nicolao magistri Gregorii de Utino, Tolomado et Fantono de Glemona, et Simone de Venzone testibus, et aliis pluribus rogatis et vocatis. Ibique spectabilis, et venerabilis vir dominus Federicus Comes de Porcileis Aquilegensis ecclesie sede Patriarcali Aquilegensi vacante vicedominus generalis de unanimi, et matura deliberatione voluntate, assensu pariter et consensu Consilii Parlamenti Prelatorum, Nobilium et Communitatum Patrie Forijulii in unum ad sonum Campane super infrascriptis

more

more solito congregati in loco prefato tractandis, et specialiter peragendis et ipsum Consilium una cum ipso domino Federico Vicedomino, et de ipsius Voluntate, Modis omnibus, atque formis, fecerunt, constituerunt. Venerabilem virum dominum Giorgium de Tortis decanum Aquilegensem et ipsius Aquilegensis Capituli dicta sede vacante in Spiritualibus Vicarium Generalem, et egregium militem dominum ~~dominum Franciscum~~ Federicum de Savorgnano quondam spectabilis militis domini Francisci de Savorgnano et Nobilem Johanem de Cucanea ibidem presentes, et hoc mandatum in se sponte suscipientes, nec non venerabilem et prudentes viros dominos Ottobonum de Cereta Decanum Collegiate Ecclesie S. Marie di Utino Aquilegensis Diecesis, et Nicolaum Zenbini de Utino, absentes tanquam presentes, nuntios et actores, ad tractandum, puram, veram pacem concordiam et amorem seu treugas, tam in perpetuum quam ad tempus, cum illustri et excelso domino domino Duce Venetiarum, et ipsiusque Consilio, et Communitate Venetiarum, eorumque subditis, fidelibus, colligatis. Coram illustri et excelso Principe, et domino domino Amedeo Comite Sabaudie, seu quibuscumque aliis dominis Comissariis per regiam Majestatem Hungarie deputatis, et de et super quibuscunque guerris rancoribus, discordiis, vertentibus. Tenor instrumenti sigillo Aquilegensis Capituli sigillati. In Christi

nomine amen. Anno nativitatis eiusdem Millesimo trecentesimo octuagesimo

primo, inditione quarta die XI. mensis januarii Aquilegie in ecclesia Aquilegensi in

loco in quo dicitur ecclesie Capitulum pro Capitularibus actibus expediendis

et negotiis pertractandis consueuit evocari, et congregari. Presentibus nobilibus

viris dominis Graogna de Strogharaca, johanne Turiano fratre infrascripti

Leonardo de Castellerio, et Pucino de Strasoldo.

domini Federici de Concileis, Nicolao de Strasoldo, testibus et aliis ad hoc specia=

liter vocatis, et rogatis. Conuocato et congregato in loco supradicto dicte ecclesie

Aquilegensis Capitulo pro infrascriptis tractandis, agendis et perficiendis in

quo quidem Capitulo sic congregato interfuerunt Venerabiles Viri domini

Hermacoras

Georgius de Tonis Decanus de Mervallio, johannes senior de la Turre Tomasinus

de Sontavalis de Fulcirio, joannes junior de la Turre, johannes de Spinitelli

spegnenbergo

de Ciuitate Belum, Ottobonus de Cereta, Cristophorus de ~~Spelenbergo~~, Odoricus

de Ragona, johannes Ribisinus de Ciuitate Austrie suo et procuratorio nomi=

upeto

nibus domini Matthei de Ravanis de Regio, Antonius de ~~utino~~ Antonius de

Rancona de Utino, Tomas de Spegnenbergo, johannes de Utino, johannes Frat

de supradicta Ciuitate austria suo et procuratorio nominibus domini jacobi

de Mutina, Moschinus de la Turre et Bartolomeus de Babio Canonici

prebendati prefato ecclesie Aquilegensis, totum ipsius ecclesie Capitulum

facientes, et representantes, cum plures dicte ecclesie Canonici non

essent

essent presentes, nec absentes in loco, in quo vel de quo de jure debuerint, vel de consuetudine ipsius Ecclesie consueverint ad infrascripta vel aliquos alios actus Capitulares evocari predicti Decanus, Canonici et Capitulum, ad quos tam de jure quam antiqua et legitima prescripta consuetudine spectavit et pertinuit, patriarchali sede Aquilegensi vacante omnis et omnimoda in spiritualibus, et temporalibus jurisdictio et potestas, et jurisditionis, et potestatis exercitium, et castrorum dispositio, et ordinatio in tota patria Forojuli, et extra in locis, et circa loca ecclesie prefate, sed Aquilegensis subiecta, prout, et quemadmodum predicta, et quelibet preditorum spectant, et pertinent, et expectare, et pertinere possint ad dominum Patriarcham Aquilegensem, dum vitam teret in humanis, et Ecclesia Aquilegensi presidet antedicte. Ad quos etiam Decanum Canonicos, et Capitulum spectavit, et pertinuit, spectat et pertinet eligere, ordinare, creare, facere, et constituere Vicedominum ad generale regimen gubernatorem dispositionem, et defensionem cunctorum in temporalibus Ecclesie et Patrie predictorum, et ceteros Officiales, generales, et particulares, tam in temporalibus quam in spiritualibus et e converso quibuscunque nominibus censeantur. Considerantes dictas Ecclesiam, ac Patriam Forijuli fore de presenti earum

pastore, rectore, et domino destitutam, et desolatam pro obitu pie memorie Reverendissimi quondam in Christo patris et domini domini Marquardi ultimi dicte Ecclesie Aquilegensis Patriarche et potestatis, et dicte Patrie Foriuli domini generalis, et ipsam Ecclesiam et Patriam indigere provisione et studio magni, et studiosi Regiminis, et diligentis, et provide gubernationis, et se non posse ad singula, et in singulis sufficere et non decere eas circa omnia occurrentia maxime in temporalibus se actualiter immiscere, deliberatione prehabita deliberaverunt, et decreverunt unum dictarum Ecclesie, et Patrie inter alios officiales ordinandos eligere, constituere et facere Vicedominum generalem. Et attendens ipsum Capitulum strenuitatem industriam, et probitatem magnifici egregii viri domini Federici Comitis de Porcileis per cujus virtutem, et circumspectam providentiam, ac industriam et potentiam ipsum Capitulum sperat indubie et sperat ex certo predictam Ecclesiam Aquilegensem, et jam dictam Patriam Forijuli laudabiliter, utiliter, feliciter, et cum profecto et felicitate, et pacis incremento in temporalibus posse, et debere gubernari regi et defensari ipsum jam dictum Capitulum eundem dictum Federicum suum, et Ecclesie Aquilegensis, et totius Patrie Forijulli fecit, ordinavit, constituit et creavit ac per ~~formam~~ seriem presentis publici instrumenti facit,

Constituit

constituit, ordinat, et creat Vicedominum generalem cum plena et libera, et generali auctoritate, et potestate dictas Ecclesiam Aquilegensem et Patriam Forijulii, et quaeque loca dictae Ecclesiae subjecta, et ad eadem spectantia quovismodo in temporalibus generaliter regendi, gubernandi, et defensandi preordinandique, et disponendi in temporalibus in ipsa Patria, et extra prout et quemadmodum ipsi domini Decanus, Canonici, et Capitulum per se ipsos, et quoscumque alios eorum Officiales ad premissa, et premissorum quodlibet facienda et exercenda, seu faciendum et exercendum plene, sufficienter, et legitime, cum omni juris observatione constitutos et Ordinatos facere, et exercere posset in premissis omnibus et singulis, et circa premissa omnia singula; et committens ipsum Capitulum dicto domino Federico eorum Vicedomino sponte, libere, et ex certa scientia dicta Patriarchali sede vacante plenarie vices suos, donec eos ad se dictum Capitulum duxerit revocandas. De quibus omnibus et singulis suprascriptis dictum Capitulum mandavit per me Johannem notarium infrascriptum unum, et plura debere confici publica instrumenta.

et de predictis omnibus partes omnes superius nominate rogaverunt per nos notarios infrascriptos fieri et confici debere plura publica vel instrumenta unius et ejusdem continentie et tenoris, et absque ulla

variatione substantie videlicet per districtum virum Johanem Ravajsii nota-

rii, et prefati jllustris et Magnifici domini Comitis Sacretarium per

Bonjohanem de Brissatis notarium Camere dominorum Advocatorum

Communis Venetiarum, et Cancellarium dictorum dominorum Ambasciatorum

venetorum, per Antonium de Credētia notarium et domini Ducis, consilii

et Communis janue Cancellarium per Salvanum quondam ser Bartholo-

mei de Castrobaldo notarium, et dictorum Reverendorum dominorum Episco-

porum Ambasciatorum Regiorum scribam, et per Bandinum filium Angeli

de Bandinis de Bragis notarium, et domini Paduani scribam, et per me Antoni-

um notarium infrascriptum et per quemlibet nostrum in fidem et testimonium,

omnium premissorum.

Et ego Antonius quondam Nicolai olim ser Guarnerini de gonzaberga

concordiensis diecesis pub. imp. auctoritate notarius, et judex Ordinarius etc.

ea omnia scripsi etc.

Ego Bonjohanes quondam Christophori de Brissariis imperiali auctoritate

notariusque his omnibus et singulis supradictis, et ipsorum publicationi presens fui,

Ego Antonius filius quondam conradi de Credentia Civis janue pub. imp.

aust. notar. etque predictis omnibus interfui etc.

Ego Salvanus quondam ser Bartholomei de Castrobaldo Civis Padue pub.

et imp. aust. not. et judex Ordinarius etc. presens fuit etc.

Ego Bandinus

ego Bandinus filius Angeli Notarii de Bandino de Bragis civis Padue premissis omnibus interfuit

ego vero johanes Ravaissius auct. impe; et dicti domini Comitis notarius publi ; cus ejusdemque domini Comitis Secretarius premissis omnibus presens fui

Nos autem Amedeus Comes Sabaudie princeps Dux Chablaysii et Auguste et Marchio ythalie notum facimus universis quod nos viso instrumento publico suprascripto, et omnibus et singulis contentis in eodem, attestantes et vendica profitentes ea omnia fore vera, presens instrumentum publicum instantibus dominis Ambaxiatoribus prescriptis in predicto verum robur et testimonium nostri Majoris sigilli sub contrasigillo nostro jubsimus apponi et muniri. Datum Taurini die XXIIII. Augusti, Anno domini Millesimo CCCLXXX. primo

Ravaisius

Per dominum presentibus dominis
A. de Sabaudia genito.
A. de Sabaudia Principe Achaje.
A. domino Urteriarum.)
G. de Stres cancellario Sabaudie) militibus et Savino de
G. de Monte Majori - - -) Florano legum doctore
Franc. Arencon)
Rev. Musardi et johane de verneto.)

Verci Storia della Marca Trivigiana
Tomo 15. pag. 11. documento 1759

Frangipane

1386 - circa — Ettore q.m Franco Savorgnano fa testamento riportando molti casi del fratello Federico contro la madre e gli altri fratelli

In christi nomine amen . . . . quorundam instrumentorum . . .
. . . quorum tenor de verbo ad verbum sequitur et talis est videlicet.

In christi nomine amen anno nativitatis ejusdem millesimo trecentesimo . . . . . . mensis martii presentibus nobilibus viris domini Friderico quondam nobilis viri domini Aquini de Colorreto Candido quondam domini . . . . . civitate Austrie Bartolomeo quondam domini Nicolai Francisci de Sancto-daniele Bernardino quondam domini quatzerinicnoldi ac peris Ularico quondam domini . . . . habitante in civitate Austrie Ac provido viro pretto Notario nato ser nicolussii de Meduno habitante in Sanctodaniele testibus et aliis pluribus . . . . . rogatis. Dum corpus sanitatem viget mens interior in semetipsa collecta plenioris utitur ratione quod non cogitur . . . . pluvimum a rationis usu mentem avertere, ut nedum temporalia verum etiam semetipsam dijudicare non valet et ideo cum in . . . . animam quam circa temporalia disponitur ultime voluntatis judicium in quo tranquille mentis rationis usus exigitur. Quare propter generosum ac fecundum ro . . . natus olim magnifici et . . . . prudentie strenuitate decorati militis domini Francisci de Savorgnano nunc habitans in Pinzano in sospitatis stata . . . . . . corporis per dei gratiam . . . . . bonorum suorum omnium dispositionem per presens nuncupa

trium testamentum sine scriptis in hunc modum condidit et facere procuravit. In primis quidem animam suam Altissimo Creatori ejusque gloriose genitrici devotissime recomittens suum postis sepulturam sibi elegit et esse voluit in ecclesia Sanctorum Jacobi et Philippi de Utino que vulgo etiam sancti Stephani nominatur in monumento in quo dictus quondam dominus Franciscus ejus pater jacet et quiescit Mandans corpus suum per infrascriptam dictam matrem suam et heredem nominandam ut confidit et sperat sepeliri qui quidem dominus Hector testator pro anniversario dudum sui genitoris ejusque fratris olim domini Francisci ac suo annuatim in die obitus eorum fiendo legavit perpetualiter circa tres marchas de reddito ad usum curie parvo plus vel paucioris super suis bonis sitis in Gradischia Casalega-perita et pozzubo. Que anniversaria voluit et mandavit per infrascriptam dominam ejus matrem et heredem cum redditibus dictarum trium marcharum perpetualiter fieri annuatim donec tamen vixerit domina ejus mater supradicta et heres. Post vero ipsius domine matris et heredis obitum legavit prefatas trium marcharum redditus Ecclesie Sanctorum Jacobi et Philippi ubi . . . . disposuit sepelliri cum hoc quod Camerarius dicte Ecclesie teneatur isto modo et ordine annuatim prefatorum anniversaria facere et

celebrare. Item legavit dicte domine eius matri infrascripta castrum Pinzani ac villa ipsi castro supposita cum garritum usque ad villam, tam tantum Quod quidem castrum sibi in parte hereditatis paterne post obitum dicti domini sui patris pervenerit cum hoc quod possit ~~usu~~ usufructuare gaudere ipso castro et . . . . de affictibus dicte ville Pinzani et garit-to suam omnimodam facere voluntatem Ipsa tamen cum dic-tis affictibus vel parte ipsorum custodiente et custodiri faciente castrum predictum Pinzani secundum voluntatem eius et dispo-sitionem et quod nullo modo per personam aliquam cujuscumque status et conditionis existat possit nec debeat super custodia dicti loci in aliquo molestari vel aggravari nec ad securitatem aliquam prestandam de custodiendo vel restituendo dictum cast-rum Pinzani et ipsius villam post eius mortem ipsam dominam compelli valeat vel artari et si predictum castrum Pinzani quod prefata domina fideliter et bona fide custodiret propter-ea per aliquod infortunium, quod deus avertat dominium amitteretur ex nunc prout ex tunc dictus dominus testa-tor voluit et mandavit quod ad . . . . castri resti-tutionem vel emendationem ad alicujus persone instantiam hoc petentis dicta domina teneretur Item legavit dictus domi-nus testator eidem domine matri sue infrascripta castrum

Fragonee cum villa ei subiecta quem . . . . de hereditate
olim domini Francisci ejus fratris vel castrum de Avigis cum
ejus burgo si quod ipsorum de dicta hereditate quondam
predicti domini Francisci fratris sui . . . . parte sibi . .
. . . Que castra post . . ipsius domini Francisci sui fratris
obitum cum domino Federico de Savorgnano adhuc permanent indivisa. Volens et mandans dictus dominus testator
quod . . . . . modo et forma gaudeat castro cum illo quod
sibi proxime junctum est et in ejus parte fienda pervenerit, quibus gaudere et usufructuare debet castro Pinzani
. . . . usque ad vitam suam et quod . . . aliqua alienatus ejus domina mater predicta. Post vero ejusdem domine sue matris mortem dictus dominus testator voluit
et mandavit . . . . Pinzanum . . . . et quodcumque illorum
. . . cum ejus villam jam dictam vel de Avigis cum prenominato burgo suo sibi provenienderum in parte libere pervenire ad proximiores qui erunt de domo sua de Savorgnano
Item legavit dicte domine ejus matris infrascripte partem
castri de Savorgnano sibi perveniendam in parte de hereditate quondam domini Francisci sui fratris predicti Volens et
mandans quod ipso jure . . . . . matris gaudeat parte predicti
castri de Savorgnano quo gaudere debet aliis castris supra-

scriptis scilicet usque ad vitam suam tantum et post ipsius domine mortem deveniat proximioribus qui erunt de . . . . de Savorgnano ut est proxime suprascriptum. Item legavit dictus dominus testator nobilibus viris dominis Salono federico et yacobo fratribus et filiis quondam nobilis viri domini Belli de Savorgnano . . . . quem tenet Bodicus de Roncho a via supra cum tota silva sibi contigua ac cum omnibus iuribus suis et pertinentiis situm in pertinentiis Savorgnani Item legavit predictus dominus testator fratribus prata infrascripta scilicet pratum quod fuit Violle pro-pe sisceram ~~pisaram~~ de Savorgnano cum suis confinibus quos dictus dominus testator presentialiter ignorabat: Item prata duo sita in blata quorum unum dicitur pratum . . . . et alius dicitur pratum subvilla Savorgnani cum suis confinibus quos etiam prenominatus dominus testator ad eius memoriam non habebat. Item legavit predictus dominus testator, nobili domine domine Sophie sorori sue et uxori nobilis viri domini Boiani quondam nobilis viri domini Guigelmi de Boianis de Civitateaustrie testis suprascripti ultra dotes et iura sua sibi per olim pie memorie superius nominatum magnificum dominum patrem suum legatis super bonis suis que sibi ex ereditate paterna po-

venerunt tempore divisionis hereditatis predicte cum fratribus, sive circa octo marchas de reddito ad usum curie parve pluris vel paucioris que quidem bona sunt situata et posita in villis de parvisiano de loncha et Begliano de quibus bona ipsa domina tam in vita quam in morte suam possit omnimodam facere voluntatem. Item legavit predictus dominus testator nobili domine domine Anne sue sorori ultra jura et dotes suas eidem domine per Recolende memorie Magnificum et potentem dominum genitorem suum de supra nominatum in ejus ultimo testamento legata super bonis suis sitis in parthianini Strassoldo de sancto Sthephano et Ronchis prope Collisona. Que bona sibi in parte hereditatis paterne tempore ipsius divisionis cum suis jam dictis fratribus pervenerunt de quibus omnibus bonis possit predicta domina anna tam in vita quam in morte suam omnimodam facere voluntatem. Additis huis predicti domini testatoris mandato et voluntate, quod si predicte domine sorores sue aut ipsarum altera sine heredibus ex ipsis legittime descendentibus vel intestate aut intestata decederent ipso etiam domino testatore non obstante sui infrascripti heredis institutione apposita ex ipso descendentes non habente heredes ex legittimo matrimonio procreatos ex nunc voluit et mandavit quod

legata suis sororibus antedictis ad ejus infrascriptam heredem per-
ueniant Et quod si predictus dominus Hector testator heredes
legittimos ex ipso descendentes . . . . similiterque domine
ejus sorore predicte herede habeerent legittimos Medieta pre-
dictorum legatorum suis legata sororibus antedictis perueniat
ad heredes ipsius domini Hectoris testatoris ex ipso nihilomi-
nus de legittimo matrimonio descendente et reliqua pars
ad predictarum dominarum suarum sororum heredes perue-
niat Quodque si predictus dominus testator legittimos
ex se descendentes non habuerit heredes et predicta domi-
ne sorores sue testauerint tunc possint de predictis omni-
bus eisdem legatis suam facere omnimodam voluntatem.
In aliis autem omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus
juribus et actionibus quibuscumque presentibus et futuris
suam heredem universalem instituit et esse voluit et
mandauit idem dominus testator magnificam et nobi-
lem dominam Helisabeth ejus dominam et matrem caris-
simam Rogans quoscumque hanc institutionem audientes
in personam ipsius domine matris ejus factam ut non
mirentur quoniam quasi coactus hoc facere intendebat con-
siderans multis grauaminibus minis Ranchoribus fractionem
et irritationem testamenti de codicilli factorum et conditorum

per quondam magnificum et potentem militem memoratum supra dominum Franciscum de Savorgnano ejus dilectissimum genitorem in forma valida tam nimium pulcherrima et decora pro ut adhuc illese viserent servitute hujusmodi publicate Annullateque fuerunt et terrore casu maximi minus impositis per dominum Federicum de Savorgnano ipsius domini testatoris fratrem qui minabatur occasione dictorum testamentorum et Codicillorum dictam dominam ipsius domini testatoris matrem perterrere Ipsumque dominum testatorem et quondam dominum Franciscum ejus fratrem dilectissimum cum tunc parvuli forent occidere et projicere per cancellos Castrum similiter de Flagonea cum marchis sexaginta quinque de redditu ad usum curie eidem domine matri sue legatum per quondam dictum dominum patrem suum ad dictam suam terrore compulsam duplici testamento et Codicillo predictis oportuit relaxare concordando in dictam habere marchas de Redditu ad usum curie tantummodo viginti vel Quadraginta duobus marchis ad usum curie et dicto castro Flagonee tali modo amissis multis expensis et eximiis factis per dictam dominam matrem suam que valenter ipsum dominum Hectorem testatorem et quondam dominum Franciscum ejus fratrem ut asserebat ibidem in

audicadis supraschiptorum testium incit ad partas et divisiones paterne hereditatis cum domino fvederico ipsorum fratrum per-uenire ad quas fortasse nunquam peruenissent nisi ipsius domine fuisset industrie sanpis sine qua comparare potuit pretio multum caro Nam asserebat dictus dominus testa-tor vidisse dictum dominum fredericum ejus fratrem quam-quam infans esset non semel sed pluries super domo in qua facere nil habebat ubi dicta domina cum suis preno-minatis genitis morabatur armata manu existere secum-que multis aliis cohadunatis volentem hostium camere frangere domine ejus matri predicte minas maximas impo-nendo, que omnia adimplevisset volens satisfacere voli fuit Nisi Magnificus et Venerabilis dominus dominus lodoicus lomes de Helfinstang prepositus seviminiensis qui tunc etiam erat vicarius Aquilegensis Ecclesie accedens illuc impedivisset pro quo dicta domina multoties transmit-tebat et . . . tales rancores et furiose Angustie ap-parebant. Ceterum cum hec omnia suprascripta per dic-tum dominum fredericum ejus fratrem, quem ut ibidem asserebat fratrem suum nominare et appellare rationabi-liter non debebat post ipsorum domini patris obitum fac-ta et patrata forent et sibi non viderentur habunde

sufferre Illico post obitum domini francisci fratris ipsius domini testatoris in suo furore persistens dicte domine ejus matri injuriando non modicum juraverat prefatus dominus federicus ubi Nobiles multi erant ipsam dominam perimere cum cultello. Igitur ad euitandum sui furoris rabiam in Sclano dicti olim domini francisci . . . ~~mansit et post modum comitatus ab illis nobilibus de Coloreto et aliis huc properavit~~ . . . ubi presens ~~testament~~ sui fratris nocturna hora dictus dominus testator cum ejus dilectissima genitrice et duobus tantummodo ex familiaribus suis a terra utini recessit pedes . . pro . . . et paululum super uno curro insitatus . . . recessit et post modum comitatus ab illis nobilibus de Coloreto et aliis huc properavit . . . . ubi presens testamentum extitit conditum et confectum. hi . . . causis et rationibus suprascriptis multisque aliis pluribus, quas asseruit velle dimittere dictus dominus testator et nimiam ~~obnimiam~~ prolixitatem verborum . . . . animo immemor tantorum beneficiorum receptorum a dilectissima et carissima ejus domina genitrice volens ipsam dominam ejus matrem de tantis et tot laboribus et angustiis remunerare ex nunc prout ex tunc voluit dictam dominam ejus matrem potius quam per-

sonam aliquam aliam sibi instituere universalem heredem adjutorem consultorem et procuratorem magnifice - - - domine domine Helisabeth ejus matris dilectissime suprascripta voluit et humiliter ipse supplicavit Reverendissimum dominum nostrum dominum Cathariarum futurum. In cujus paternitatis potentia et dignatione ipse dominus Hector . . . . . . Aquilegensis fidelis cubitor prefatam dominam Helisabeth ejus matrem umiliter recommendavit, et hanc suam ultimam voluntatem asseruit . . . . dominus testator . . . . . jure testamenti occasione alicujus impedimenti aut solempnitatis . . . . seu alia occasione quacumque vel causa valere ac tenere non . . . . . . jure codicillorum . . . . . . firmitatem tenere et si jure codicillorum non valeret valere vel . . . . . valeat et valere voluit jure donationis causa mortis . . . . . . cujuscumque ultime voluntatis quo melius et efficacius valere ac tenere potast et poterit. Actum in castro Pinzani in turri ipsius castri in camera cubiculari suprascripti domini testatoris.

Et ego Almericus quondam ser Johannis Gat de Sancto Vito Imperiali auctoritate judex ordinarius et notarius

publicis praedictis omnibus . . . . his interfui et scri-
bere rogatus scripsi ac fideliter publicavi meis nomine et
signo appositis consuetis . . . .

Trascritta da copia autentica in pergamena fatta d'ordine del Patriarca Antonio da Enrico Praytenreut de Hyebersrewr chierico della diocesi di Ratisbona notajo apostolico, ed imperiale e scrittore della Curia patriarcale colla firma d'altri tre scrittori della Curia, la quale pergamena esiste nell'archivio del Nob. Sig. Antonio Bartolini d'Udine - Raccolta di Pergamene pag. 236.

Castello di Porcello 7. ottre 1815. Frangipane F. m. f.

Anno Domini a Nativitate ejusdem 1382 indictione 5 die 26 xbris in Remanzacco in Auditorio Ecclesie Sancti Joannis, Presentibus providis viris, ser Jacobo quondam D. Leonardi Ribis, Deodato dicto Dorde quondam ser Victoris, Germano quondam Leonarducij Nicolao quondam Aricelli, Nicolao dicto Scarpa quondam ser Candidi de Canussio Joanne Jusa quondam D. Enrici Formie, Laurentio quondam Domini Vulvini de Canussio, omnibus de Civitate Austrie Aquilejensis Diecesis, et Antonio ~~Notaio~~ crotario quondam Nicolai Cusa ser Guarnerini de Suhonimberch Concordiensis Diecesis et &c., et aliis pluribus. Nicolaus natus quondam Thomasini de Alturis excibuit, et presentavit atque dimisit ibidem venerabilibus viris D. D. Gregorio de testis de Papia decano, Joanni Senzonii de la Turre quondam D. Phebussini, et Antonio de Verneto Canonicis Aquilejensis Diecesis, et Ecclesie sindico, et Procuratoribus venerabilium virorum D. D. Vicedecani Canonicorum ~~Ecclesie~~ Capituli Aquilejensis, pro ut dixerunt ibidem se esse sindicos, ex parte Nobili viri D. Jacomini quondam D. Nicolai de Strasoldo unam litteram ibidem coram predictis testibus per me Notarium lectam et sigillatam sigillo ipsius D. Jacomini, sicut de sigillatione in ipsa littera continetur, cujus littera tenor talis est, et sequitur in hec verba. = noteat universis presentes litteras inspecturis, quod ad laudem eterna lem, et ejus gloriose Genetricis secundum consilium Nobb. circumspectorum et providorum Comunitatis consilium ..., nec non aliorum in numero copioso, quos consulerit diligenter expositis eis in hac materia exponendis ~~exponentique~~ Venerabili viro D. Gregorio decano Aquilejensi suo, et nomine Capituli Aquilejensis recipienti respondetur ...

modi tenore per Nobilem virum D. Jacominum natum quondam No-
bilis Domini Nicolai de Strassoldo et secundum ejus bonam opinionem,
conscientiam, convenientiam, et honorem, quod Castrum, et Terram
Montisfalconi Aquilejensis Diecesis, sic est rei veritas, non sunt ipsi-
us D. Jacomini, sed sunt in proprietate, et possessione Sancte Eccle-
sie Aquilejensis et quod a sacramento per eum prestito eidem D.
Gregorio, et Capitulo absolutus fuit expresse propter novum sacra-
mentum, quod postmodum de mandato predictum D. Decani, et Capi-
tuli prestavit Venerabili viro D. Federico de Porciliis Decano Con-
cordiensi: tunc Vicedomino dicte Ecclesie Aquilejensis, et Patrie Fo-
ri Julii, a quo Vicedomino post dictum sacramentum ipso ~~eo~~
existente in dicto Officio Vicedominatus habuit, et habet ipsum
Castrum, et Terram titulo simplicis concessionis duraturæ usque
ad primam diem mensis Junii nunc proxime futuri, pro qua con-
cessione eidem D. olim Vicedomino tradidit pretium, de quo cum eo
convenit; ita quod ex nunc idem D. Jacominus conformans se cum
supradicto ejus confessione, que est vera, adveniente tempore sue
concessionis jam dicte declarat, quod faciet tanquam legalis, et
Nobilis homo et fideles dicte Ecclesie Aquilejensis debitum suum
pure et fideliter.

Datum Utini die 24 mensis Decembris 1381 Indictione 4 et sigillata
sigillo dicti Domini Jacomini proprio ad fortificationem supradicto-
rum.

Qua presentata dimissione et exibitione ipsius littere, sic ibidem per me-
tedictum Nicolaum quondam Tomasini de Alturis facto prefati D.
D.

D. ~~Gregorius~~ Georgius Decanus Joannes Senior de la Turre Antonius de Verneto Canonici Aquilejensis Ecclesię, eorum Sindicatio, et procuratorio nominibus predicti Capituli Aquilegensis dixerunt protestarunt, quod ipsam litteram recipiebant, et receperunt, salvo semper honore eorum, dicens, et protestantes, quod cum ad hodiernum diem hic in Villa de Remanzacho per ipsos, et per dominum Jacominum predictum comuniter, et concorditer statutus fuerit terminus eidem Domino Jacomino ad comparendum hodie in Villa de Remanzaco predicta personaliter ad faciendum suam responsionem propriam in persona eidem Domino Georgio Joanni Seniori de la Turre, et Antonio Canonicis, et ipsis D. D. Decano, Canonicis, Sindicis, et tanquam Judicis, et Procuratores, ut supra, ad audiendum ipsius domini Jacomini responsionem predictam. Videlicet utrum velit idem Dominus Jacominus eis per se, et nomine, et vice ipsius Capituli Aquilejensis resignare, Castrum, et Terram montis Falconi, parati sunt et erunt hic in predicta Villa de Remanzaco hodie per totam diem differre et prestolare ipsum Dominum Jacominum qui eis faciat responsionem predictam, prout promiserat, interrogantes quoque ipsum Nicolaum, si predictus jam Dominus ~~Franciscus~~ Jacominus hodie huc veniet in ipsam Villam de Remanzaco et quis sibi dedit ipsam litteram quam eis dimisit exhibuit, et presentavit. Ad que Nicolaus predictus dixit, et declaravit, quod eis exhibeat, exhibuit, dimittebat, dimisit, atque presentabat, et presentavit litteram supradictam ex parte domini Jacomini predicti de Strasoldo, et quod litteram sibi dedit Dominus Bernardus Ivaldus ipsius

Dom. di

Domini Jacomini de conscientia, et voluntate ex parte Domini Jacomini sapius nominati et quod predictus Dominus Jacominus hodie huc in villa de Remanzaco non venit ullo modo, et equitavit, et equitaverat ab Utino Strasoldum, vel ad Montefalconum. De quibus omnibus supradictis rogatus ego Joannes Notarius scripsi instrumentum et &c. cum omni meliori et &c.

Dagli annali Strasoldi — volume manoscritto originale del sig.r Conte Michele di Strasoldo Canonico della Scala di Milano prima Gesuita all'anno 1382. 26. 8bre — presso il Sig.r Conte Flaminio di Strasoldo in Ajello.

Castello di Porpetto 28 Marzo 1817

Frangipane

1384. 13. Genn.° Li Sig.ri di Castello ed altri feudatarj fanno triegua col comune di Cividale. 190.

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis ejusdem 1384, indictione 7 die 13 januarii. Actum Utini in camino inferiori domus habitationis infrascripti Federici de Savorgnano; presentibus sapienti viro magistro Jacobo physico de Utino, nobili viro Nicolao quondam D. Francisci de Soldoneriis, ac providis viris Francisco quondam Reynerii, et Hermano filio Sumissii de Romanzaco de Utino, testibus, et aliis pluribus ad hoc convocatis specialiter et rogatis; ibique magnificus et potens miles D. Federicus de Savorgnano, ac Nobilis viri D. Rizzardus de Valvasono, Johannes de Coloreto et Bernardus de Strasoldo et circumspecti viri Blasius de Lisono, et S. Hector Miulitte de Utino, Rectores, et deputati fedelissime unionis communitatis Utini ac Nobilium, et communitatum patrie Fori Julii eidem adherentium, que quidam unio creata est ad honorem, et statum Sancte Aquilegensis Ecclesie matris et domine nostre, et conservationem totius patrie Fori Julii libertatis; nec non prefati D. Federicus de Savorgnano per se, et omnibus consortibus suis de Savorgnano, egregii, ac nobiles viri DD. Simona miles, et Johannes de Coloreto pro se et omnibus consortibus eorum de Coloreto Rizzardus de Valvasono, et Simon de Curanea pro se, et omnibus consortibus eorum de Curanea, Cartistagno, et Valvasono, et Bernardus junior de Strasoldo pro se et omnibus consortibus suis de Strasoldo superiori; nec non supradictus D. Federicus de Savorgnano, sapientes, et circumspecti viri D. Andreas de Monticulis jurisperitus, Blasius de Lisono, S. Hector Miulitte, S. Colossius de Bombergo, Melchinus dei Andriottis, Franciscus de Cavalcantibus, Monachinus Fanzano, S. Nicolaus Marini, Nicolaus Candidi,

Leon.

Leonardus de Sancta Daniele, et Leonardus Brede cives Utinenses pro hominibus Communitatis Utini; Petrussius quondam Dominici Glotti, et Hendrussius Vilotti de Venzono, pro hominibus et communitate Venzoni; Johannes, et Petrusbonus Notarii de Portugruario pro hominibus et communitate Portugruarii, Rizzardus filius J. Quiotti et Nicolussius quondam Rodulphi de Sancto Vito pro hominibus et communitate Sancti Viti; nec non supradictus D. Federicus de Savorgnano Capitaneus Generalis, et Gastaldie Carnee, vice et nomine hominum, et Communitatis Glemone, et Communitatis hominum Tumetii, et totius Contrate Carnee, et Canalis de Sclusa; prefatus quoque D. Johannes de Colorcto Capitaneus Contrate Cadubrii vice, et nomine totius contrate predicte Cadubrii, et supradictus D. Bernardus de Strasoldo Capitaneus Montisfalconis vice et nomine Communitatis, et hominum Terre Montisfalconis; et supradictus D. Rizardus de Valvasono Capitaneus Medune vice et nomine Communitatis et hominum Terre Medune; ac etiam supradicti omnes Nobiles, et Cives ibidem in loco suprascripto convocati, et ad consilium, seu colloquium pro infrascriptis et aliis peragendis specialiter congregati per se, ac vice, et nomine omnium et singulorum, Nobilium de Castello de Prampergo, de Ragonea, de Tricano et Moruzio, de Villalta, de Cavoryaco, de Fontanabona, de Meis de Prodolono, de Pers, de Castellerio, de Attems, de Sbrogliavacca, de Salvarolo, de la Fratina, et de Mariaco, ac omnium, et singularum Communitatum Civitatis Aquilegie, Marani, Fosiani, et Ragaucie; et omnium et singulorum ali

orum

orum Nobilium, et Communitatum Patriæ Fori julii in eadem Unione fidelissima inclusorum absentium, pro quibus omnibus absentibus pre fati Nobiles, et cives promiserunt de ratihabitione videlicet se facturos, et curaturos cum effectu omni exceptione remota, quod prefati omnes, et singuli alii nobiles, et Communitates absentes in eadem unione inclusi infrascripta omnia, et singula approbabunt, et ratificabunt in omnibus, et per totum obligantes ad hoc omnia ipsorum bona presentia, et futura, ac vice et nomine totius unio: nis prefate, omnibus modo, via et forma, quibus melius et effi cacius sciverunt, et potuerunt, fecerunt, constituerunt, et ordina: verunt supradictos egregium militem D. Symonem de Coloreto ac circumspectos viros S. Hectorum [illegible] de [illegible], Petrussium quondam Dominici Glotti de Venzono ibidem presentes, et hoc mandatum in se sponte suscipientes suos, et Unionis predicte veros et certos nuncios, actores, factores ~~[illegible]~~ negotiorum gestores et legitimos Sindicos, et procuratores, et quemlibet eorum in solidum specialiter ad contrahendum, faciendum, et affirmandum ad instan: tiam et requisitionem Magnifici D. Domini Gregorii Comitis Corbaviæ, et sapientis viri D. Jacobi de Raduchis eximii legum Doctoris Ambaxiatorum Reginalis Hungariæ Maiestatis, et in eorum manibus bonas, puras legales et inviolabiles treugas cum nobilibus, et Prudentibus viris Castoldione, Provisoribus, Consilio, et Communi: tate Terræ Civitatis Austriæ, ac ipsius communitatis subditis seque: cibus, complicibus, fautoribus, et adherentibus quibuscumque cum omnibus, et singulis juramentis promissionibus bonorum obligationi

bu

bus, et clausulis in predictis, ac dependentibus emergentibus, et con-
nexis debitis necessariis, et opportunis prout, et sicut eisdem do-
minis Ambaxatoribus, ac prefatis sindicis, et procuratoribus placue-
rit, et videbitur expedire; promittentes dicti domini constituentes,
Nobiles, et cives superius nominati pro se, ac vice, et nomine totius
unionis predicte mihi notario infrascripto, tanquam publica per-
sone stipulanti, et recipienti, vice et nomine omnium, et singulorum
quorum interest, vel interesse poterit, in futurum se ratum, et
gratum perpetuo habere, et tenere quicquid per dictos eorum
sindicos, et procuratores actum, factum, gestum juratum, promis-
sum, et obligatum fuerit in premissis circa premissa, et quomo-
dolibet premissorum sub ypotheca, et obligatione omnium
suorum, et ~~universsis~~ unionis prefate bonorum presentium, et futurorum
se pro ipsis sindicis, et procuratoribus eorum, et ipsius unio-
nis, in predictis omnibus, ac dependentibus, emergentibus, et co-
nexis fidejussores constituentes, et ex nunc obligantes sub ypoteca
ac obligatione predictis.

Ego Nicolussius quondam Dominici Cucolussii de Sancta, No-
via la terza Utini habitans publicus imperiali auctoritate no-
tarius suprascriptis omnibus, et singulis presens fui et rogatus
scripsi, et publicavi et &c

Copiato da esemplare esistente in Archivio del Signor Conte Luigi Ot-
tio d'Udine nel fascicolo intitolato. Carte diverse antiche del Friuli

Cas.° di Porcello 13. 7bre 1819

Frangipane

1384. 27. aprile. Francesco di Carrara assicura la Regina d'Ungheria di non condurre sue genti a danno del Friuli.

Serenissima et excelentissima Princeps et precarissima domina mea. Intellexi, et sic etiam mihi rescripsit providus vir Johanes de Cremona famili aris meus in Reginali Curia vestra actualiter morom trahens, quod per litteras Majestati vestre directas de partibus Forijulli est sereni tati vestre suggestum, quod ad instantiam meam quedam societas gentium armigerarum equestrium et pedestrium aggregabatur, quam, ubi relatum est, mittere volebam ad damna Patrie Forijulli, quod verum non fuit, nec est. Significo namque Majestati vestre, quod in Italia moris est, quod quando gentes armigere ad stipendia condu cuntur, fiunt sibi provisiones, quod cum contigat eos cassari pate bit sibi quandocunque volent adhitus et accessus. Post cassationem enim gentium mearum pridie factam propter celebratam pacem inter illustrem Principem dominum Leopoldum ducem Austrie ex una et me parte ex altera, que gentes cassate fuerunt ad numerum lancearum sexcentarum et peditum mille, que gentes sentientes ad discordiam vigentem in Patria Forijulli in se sunt per modum societatis uni re, et ipsam Patriam vexare et hostiliter ingredi. Ego autem pro honore Majestatis vestre, et etiam quia semper tranquillitatem et bonum statum dicte Patrie, et cujuscunque Residentis ei affectavi ab intimis

et affecto, cum ipsis gentibus meis casus modum tenui, et non sine grandi ymo gravi expensa et sumptu meo, quod dissoluta est societas predicta et ad nihilum redacta, omnesque ipse gentes versus Ramandiolam et ultra Padum profecte sunt, prout tamen hoc non ambigo ad vestram notitiam devenisse. Non enim umquam temporibus retroactis quamquam et contra meum velle tamen gentes habuerim, oblectatus, aut ~~vaguus~~ vagus fui nec sum gentes sociales aggregare, aut hiis nec hiis similibus facere vel subsidia ulla prestare, ymo re quin, ymo dum quedam societas in partibus Tuscie aggregata moliretur ad Communis Bononie damna venire, ego dicto Communi Bononie ad refragandum ipsi societati auxilia modo noviter prestiti in grandi numero armigerorum et arceriorum, et sic semper feci et facerem ut pullularent socialium castrum cetus. Ita quod hujusmodi informationibus preter veritatem vobis datis non assentiat, nec prebeat auditum Regnalis vestri Culminis Celsitudo. Nova que habentur ab hinc Serenitati vestre patebunt per copiam presentibus interclusam.

Datum Padue die XXVII. Aprilis (1)

Franciscus de Carraria Padue &c.

Inscriptio exterius

Serenissime ac excellentissime Principi et domine domine Helisabeth Dei gratia Ungarie, Polonie, Dalmatie &c. Regine inclite Principisse domine sue.

Verci Storia della Marca Trivigiana Tom. 16. Doc. 1817. p. 70

In Christi nomine amen. Ad memoriam posterorum. quanquam onero=
sum sit nimium pergravae mortalium inter coetus subortas quaevis
causa discordias priscam ad diligentiam tractatu facili revocare, et
locum reformationis debite praefinire. et potissimum sanguine
inter conjunctos, et provinciae ejusdem insimul Patriotas, quae cuncti
belli instar habeant, et sequiunt, versus yccum. Tamen diligentes ani=
mus qui horum commoda, uti et propria ducit incomoda, ipsisque in adver=
sis, ceu sibi compatitur, honoris hujus insuscepti manum haud debet
retrahere, neque labores refugere, quin imo vigilantis curae studio
discordiarum hujusmodi in sopitu posse tenus laborare, quo priscam
hii ad diligentiam reducantur. Hisque sopitis, et decisis discordiis, ac
si nunquam fuissent vestigio omni sublato conveniant insimul, et
morentur meminisseque juvet, quod discordiae calamitas induxit
ac nunc benivola concordiae levitate sopitum. Sane Illustris, et
magnificus dominus dominus Franciscus de Carraria Padue. Tarvisii
dominus generalis animadvertens conceptumque habens, quae superius
scripta sunt in se veritatem omnimodam continere uti electus Communis,
acceptus, et concordialis, arbiter, arbitrator, et admicabilis compositor
et amicus per sindicos et procuratores Reverendissimi in Christo patris

et domini domini Philippi de Alenconio miseratione divina Episcopi Sabinensis sancte Romane Ecclesie Cardinalis, sancteque sedis Aquilegensis Patriarche, et Civitatensium pro se, et fidelibus suis nec non de Spegninbergo, et de Manzano ex una. Ac Sindicos et procuratores Nobilium et Comunitatum Patrie Forijulli in unione cum Utinensibus inclusorum parte ex altera ad arbitrandum, et arbitramentandum, componendum, concordandum, et sententiandum inter partes predictas, de, et super omnibus, et singulis litibus, causis, questionibus, discordiis, damnis, odiis, rancoribus, ~~inim~~ inimicitiis, et ammositatibus cujuscis generis, et injuriis vertentibus et que verti videbantur aut poterant, ac erant inter partes predictas, quavis ratione et quacumque causa usque ad presentum tempus, et pro elapsu ejus usque ad provogationem prout in compromissis, et consensibus per proprios sindicos et procuratores seorsum, et per se in ipsum Magnificum dominum dominum Franciscum de Carraria confectis, evidenter et late continetur. ~~Hbita~~ Habita super his deliberatione solempni, visisque et auditis ac intellectis differentiis, et partium petitionibus, et aliis quibuscumque, que partes ipse petere, dicere, producere, et informare ipsum Magnificum dominum in scriptis et oretenus voluerunt, diligentisque ac mature discussis partium voluntatibus, que per viam compositionis et concordii

ipse

ipse magnificus dominus posset ipsas partes unire, et inter eas que sunt reposi=
ta, reformare. et quod partes inter ipsas, posset pax bone existere volunta=
tis, rancoresque, iniurias, et odia ipsa a pectoribus extincto incendio rele=
gari, et quieta tranquillitas introduci. Status quoque earum, qui
cunctis est a populis appetibilis esse libertatis etiam reformari et vigere.
pridem libertas patria in ipsa uti solebat, ipsiusque beneficio, ut ceteris
italie urbibus pleniori dulcedine potiri. Per viam laudi, arbitrii et arbitra=
menti Christi nomine invocato sedens pro tribunali in loco presenti,
quem ad hunc actum specialem sibi elegit partibus - - - - - - dicit.
pronunciat, sententiat, arbitratur, arbitramentatur, componit, laudat,
admicabiliter declarat viis et modis fortioribus, quibus valet, sibi a
partibus potioribus attributis, atque mandat queque capitulis sub for=
mis tenoribusque suis singulariter hic discriptis sunt contenta.

Primo namque quod Utinenses et eorum caligati teneantur et debeant
obedire, et obedientiam facere, atque faciant in omnibus, et per omnia
Reverendissimo in Christo patri et domino domino Philippo de Alencomo
episcopo sabinensi sancte Romane ecclesie Cardinali sancteque sedis
Aquilegensis Patriarche secundum constitutiones Patriarchales, et eorum
antiquas consuetudines, et secundum quod soliti sunt facere anterioribus

Patriarchis. Quam quidem obedientiam promittant facere eidem domino Card

inali Patriarche infra sex dies a die presentis late sententie computandos.

Item quod omnes inimicitie, rancores, odia, novitates, damna, injurie et inte

resse illate facte et facta per partes sibi invicem hinc inde tam in

here, quam in personis remittantur et remisse intelligantur. Et quod

dictus dominus Cardinalis Patriarcha remittat omnes injurias sibi illatas

per Utinenses, et eorum colligatos. Et quod occasione dictarum inju

riarum nullam novitatem faciet contra ipsos Utinenses et colligatos

eorum, et sic facere promittet idem dominus Cardinalis Patriarcha

eidem Magnifico domino domino Francisco de Carraria recipienti

nomine et vice omnium et singulorum quorum interest, vel interesse

poterit. Et ipse Magnificus dominus ex nunc promittit facere, et

curare toto suo posse, quod dictus dominus Cardinalis Patriarcha ex

dictis juris sibi illatis per dictos Utinenses et eorum colligatos, et ipsis

Utinensibus et colligatis eorum nullam faciet novitatem.

Item quod dictus dominus Cardinalis Patriarcha cassare et annullare

debeat, casset et annullet, seu cassari et annullari faciat quoscumque proces

sus factos et formatos contra Utinenses et eorum colligatos per ipsum dom

inum Cardinalem Patriarcham tanquam Patriarcham Aquilegensem occasio

ne vel causa inobedientie vel discordie. Et quod ipse dominus Cardinalis

Patriarcha faciat et curare debeat, faciat atque curet cum effectu,

quod

quod Sanctissimus, et Beatissimus Pater, et Dominus dominus Urbanus Papa VI, si quos processus fecisset, aut fieri mandasset in Curia Romana contra predictos Utinenses, et colligatos eorum occasione inobedientie non exhibite dicto domino Cardinali Patriarche, illos revocabit, et faciet totaliter annullari.

Item quod omnes Terre, Castra, et fortilitia spectantia et pertinentia ac spectantes et pertinentes ad eadem Ecclesiam Aquilegensem que tenentur, ac tenta, et tente sunt per Utinenses, et eorum Colligatos, dentur et reconsignentur per tenentes, et possidentes ipsa loca, et quomlibet ipsorum infra XV dies a die late presentis sententie computandos in manibus prefati domini Patriarche; ita quod de ipsis, et ipsorum quolibet disponere possit pro sue libito voluntatis; ita tamen quod ipsa fortilicia et loca, et ipsorum quamlibet custodiri faciat per homines Patrie Forijulii per tempus sex mensium inchoandorum à die presentis sententie.

Item quod omnes fructus, redditus, et proventus anni presentis spectantes ad dictam Ecclesiam Aquilegensem per quoscumque ad quorum manus pervenerint, dentur et consignentur incontinenti ipsi domino Cardinali Patriarche, seu nuntiis suis. De denariis vero exactis de Mudis anni presentis dentur, et consignentur ipsi domino Cardinali seu nunciis suis,

salum denari exacti a die facti compromissi citra per quoscumque, ad quorum manus pervenerunt

Item quod de fructibus, redditibus, et proventibus annorum preteritorum videlicet a tempore, quo vacavit Ecclesia Aquilegensis per obitum bone memorie Reverendissimi in Christo patris, et domini domini Marquardi Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche, ac etiam de denariis mudatum spectantibus, et pertinentibus ad Ecclesiam Aquilegensem exactis a dicto tempore citra usque ad diem facti compromissi predicti qui non venerunt ad manus dicti domini Patriarche, stetur determinationi, deffinitioni, et declarationi eiusdem Magnifici domini domini Francisci de Carraria Paduae. et hoc ideo quia idem Magnificus dominus habiliter et commode propter difficultatem redditionis rationis, redditurum, et proventuum preditorum rationem ad presens videre non potuit et ex nunc pronunciat, dicit, comp[...]nit, et laudat quidquid per eum ex nunc determinatum, deffinitum, et declaratum fuerit, et mandatum in premissis, quod ipsi partes teneantur habere firmum et ratum, et inviolabiliter observare.

Item quod omnes cives, aut alii habitatores Terre Utini, qui a tempore Discordie orte in Patria Foriiulii voluntarie vel de mandato exiverant ipsam Terram Utini et ad presens extra Terram Utini sunt habitantes rediri non possunt ad dictam Terram Utini usque ad sex menses, proxime secuturos a die presentis sententie inchoandos, nisi fuerint concordes cum Communitate ipsa Utini, intra quod tempus tractari possit de concordio inter ipsos extrinsecos et dictam Terram Utini tam super reditu suo quam super bonorum suorum restitutione. Et si infra dictum tempus concordium non sequatur de predictis vel aliquo preditorum, tunc, et eo casu transacto dicto tempore sex mensium

licitum

licitum sit prefato Magnifico domino domino Francisco de Carrara Padue et possit determinare, pronuntiare sententiare, et declarare quicquid voluerit, et sibi placuerit tam super reditu yvorum extrinsecorum, et cuiuslibet eorum, quam super restitutione bonorum suorum.
Item quod captivi hinc inde omnes libere relaxentur
Item sententiat, declarat, et pronunciat, et promulgat, arbitratur componit, et laudat, idem Magnificus dominus dominus Franciscus de Carraria quod si inter dictas partes, videlicet dominum Patriarcham, et Civitatenses et eorum Collegatos ex una, et Utinenses, et Collegatos eorum parte ex altera oriretur de cetero quod deus avertat, inde, et super predictis, seu aliquo predictorum contentorum in dicta sententia, compositione, arbitramento, et laudo, quevis questio, differentia, obscuritas, dubietas, ambiguitas, vel contrarietas aliqua, tunc et eo casu, seu aliquo predictorum, ex nunc, prout ex tunc idem Magnificus dominus reservat sibi plenam, et liberam potestatem declarandi, dilucidandi, interpretandi, sententiandi, diffiniendi, et terminandi super et de ipsis questionibus, differentiis, obscuritatibus, dubietatibus, ambiguitatibus, vel contrarietatibus aliquibus, prout idem Magnifico domino videbitur, et placuerit.
Que omnia et singula supradicta laudat, arbitratur arbitramentatur, dicit, pronunciat, et componit, atque mandat idem Magnificus dominus fieri, et observari, et adimpleri per partes supradictas et singulos earundem sub pena in compromissis ipsis et consensibus addita in singulis laudi, et compromissi capitulis, si contrafactum fuerit committenda salvo et reservato eidem Magnifico domino omni via, modo et forma, quibus melius et efficatius potuit, atque potest dictorum compromissorum, et consensuum vigore arbitrii Baylia, et potestate declarandi, arbitrandi, arbitramentandi

interponendi, componendi et connexis ubicumque et qualitercumque, et quotiescumque fuerit opportunum. Salvans illesum sibi infractumque reservans omne jus, et actionem, in partes easdem, in dictum Compromissum, et consensum quo modolibet statutum. Datum Padue in Palatio habitationis suprascripti Illustris et Magnifici domini domini Francisci de Carraria Padue, die dominico ultimo Julii MCCCLXXXIV. Inditione VII.

Ceterum nota, quod in dictis Millesimo, et Inditione die vero Sabbati sexto mensis Augusti in Civitate Austria in presentia copiosa Clericorum, Nobilium et circumspectorum de Civitate, et aliorum, seu ipsorum Civitatensium in Palatio Patriarchali ante prandium circa horam XII facta fuit solemnis forma et fidelis obedientia, et promissio obedientie ipsi Reverendissimo Patri, et domino domino Serenissimo Principi Patriarche et Cardinali secundum formam predicte sententie, et ipsa sententia in omnibus et per totum ratificata fuit approbata, et laudata, et confirmata per Utinenses omnes; videlicet per circumspectos viros ser Missium de Ramosgacho, ser Hectorem Miulitis, ser Nicolaum magistri Gregorii, et ser Detalmum de Andriotis omnes de Utino Sindicos et Procuratores dicti Communis Utini, et Universitatis ejusdem totius, specialiter constitutos ab eisdem seu dicta Communitate, ut patet instrumento sindicatus ejusdem suprascripto manu Christophori notarii quondam Michaelis de Utino sub dictis Millesimo et Inditione, die autem secunda Augusti. Et de dictis obedientia, promissione, et sententie ratificatione, et approbatione etiam constat manu dicti Christophori et aliorum plurimorum notariorum ibidem existentium et de Communi concordi scribere rogatorum. Que quidem confirmet augeat et conservet in bonum, et cum prosperitate et felicitate longevis.

Verci Storia della Marca Trivigiana

Tomo 16. Doc. 1822 pag. 77.

1385 · 3 · Aprile Antonio Venerio partecipa a Franco di Savorgnano d'essere egli e discendenti suoi aggregato al maggior consiglio di quella città. 193

Antonius Venerio Dei gratia Dux Venetiarum et &c. Egregio ac nobili viro Francesco de Savorgnano militi, amico dilecto salutem et sinceræ dilectionis affectum. Attenta promptissima divotionis dispositione quam egregia vestra nobilitas gessit, et gerit ad nostros honores, sicut per laudabilium operum effectum evidentius apparuit, et incessanter apparet, nos intendentes prefatam nobilitatem vestram dignissimis retributionibus benignissime prosequi, servata solemnitate consilium nostrorum minoris de quadraginta, et majoris, constituimus et assumpsimus vos et filios vestros masculos, et legitimos, et filios masculos, et legitimos discendentes ab eis in perpetuum ad honorem nostri majoris consilii ita quod Vos, et ipsi gaudeatis, et gaudere possitis eisdem honoribus et beneficiis, quibus dicti nobilis cives nostri majoris consilii perfruuntur, et gaudent. In premissorum autem fidem, et evidentiam pleniorem presentes litteras nostras patentes heri mandavimus, et bulla nostra aurea pendente muniri — Datum in nostro Ducali Palatio anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto die sexto mensis Aprilis indictione octava.

Questa lettera è stata copiata da un libro coperto di Pergamena, intitolato al di fuori: Federico primo, Costantino primo &c. Savorgnani esistente nell' Archivio del conte Luigi Ottelio d'Udine pag. 30 e seguenti sino alla pag. 42 retro.

Cas.º di Porpetto 7. 7bre 1815.

Frangipane

1385. 3. Aprile

Millesimo trecentesimo octuagesimo quinto. Indictione octava die tertia Aprilis in libro Leona majoris Consilii ad Ca. 4

Cum alias captum fuerit in maxima unitate in Consilio rogatorum, et addi-tionem pro multis bonis respectibus, et pro bono agendorum no-strorum, et aliis nostris, quod Collegium, scilicet Domini Consiliarii capita, et sapientes haberent libertatem per majorem partem pro-mittendi Viro nobili et notabili persone ac bene disposite ad hono-rem nostri Dominii, quod sit de nostro majori Consilio sicut sunt alii nobiles nostri sentientes effectum cum nostra intentione de facto lighe faciende cum illis Patrie fori julii, et dandum ad intelli-gendum illi nobili persone, quod est neccessarium, quod istud ca-piatur in nostris Consiliis opportunis, et subsequenter captum fuit in dicto Collegio in maxima unitate, quod illa notabilis, et nobilis persona sit egregius miles D. Federicus de Savorgnano, intimus et carus amicus noster; vadit pars omnibus predictis consideratis, quod in bona gratia ipse D. Federicus de Savorgna-no sit, et esse debeat cum suis heredibus de nostro majori Consi-lio, sicut sunt alii Nobiles nostri, et si Consilium et &c. et &c.

Ego Bernardinus de Bonaudis Ducalis notarius ex autentico fideli-ter exemplavi

Questa lettera è stata copiata da un libro coperto di Pergamena, inti-tolato al di fuori: Federico primo, Costantini primo et &c. Savor-gnani esistente nell'Archivio del Signor Conte Luigi Otelio d'Udi-ne pagine 30, e seguenti sino alla pagina 41. retro.

Cas.o di Porpetto 7. 7bre 1815.

C. Frangipane

Aprile Antonio Venerio a Doimo de Castello cognanze 194.
restazioni di quei di Pietrapolosa a quei di Pedemonte in Istria.

us Venerio Dei gratia Dux Venetiarum etc. Egregio,
Nobili Viro Domino, Doymo de Castello. Amico dilecte
tem et sincere dilectionis affectum. Recepimus bene
otie vestre litteras datas die XVII. Aprilis pre.
is effectualiter continentes, quod ob certas differ.
tias existentes inter illos de Pedemonte, et illos
Petrapilosa, predicti de Petrapilosa arrestarunt
intromiserunt quosdam mussolatos, super territorio
sie Aquilegiensis, et subiunxistis quod propter hanc
m Nobilis Vir ser Laurentius Gradonico, pro
1 et Capitaneus noster Iustinopolis, accepit
em massario vestro decem capitae bouum qui
conduxerant, pro eorum securitate, super territorio
ro Iustinopolis predicto etc. prout in dictis litte
distinctius legitur. Quibus plenarie intellectis
imus plenariam informationem suscipere a pre
ser Laurentio Gradonico, et re vera, totum
situm comperimus, Itam, dum aliqui musolati
ro explicem emisissent in quadam Villa nomine
levi z districtus nostri Iustinopolis certam
titatem vini et caricavissent super somis suis
em, existentibus ibi presentibus illis de quibus
littera fit mentio, et advenientibus illis musolatis
ricandum ecce, exeuntibus predictis musolatis
m villam unam cum predictis vestris homini.
super proprio Territorio nostro predicto, ipsi
i immediate, spoliaverunt illos musolatos, ne
it abducentes eosdem cum equis septem vino

onus

1385 circa ... Aprile Antonio Venerio a Doimo de Castello cagnanze[?] 1.2.
per le opposizioni di quei di Pietrapolosa a quei di Pedemonte in Istria.

Anthonius Venerio Dei gratia Dux Venetiarum etc. Egregio, et Nobili viro Domino, Doymo de Castello. Amico dilecto salutem et sincere dilectionis affectum. Recepimus benevolentie vestre litteras datas die XVII. Aprilis presentis effectualiter continentes, quod ob certas differentias existentes inter illos de Pedemonte, et illos da Petrapilosa, predicti da Petrapilosa arrestaverunt et intromiserunt quosdam mussolatos, super territorio Ecclesie Aquilegiensis, et subiungitis quod propter hanc causam Nobilis vir ser Laurentius Gradonico, potestas et capitaneus noster Justinopolis, accepit cuidam massario vestro decem capita boum qui se reduxerant, pro eorum securitate, super territorio nostro Justinopolis predicto etc. prout in dictis litteris distinctius legitur. Quibus plenarie intellectis voluimus plenariam informationem suscipere a predicto ser Laurentio Gradenico, et re vera, totum oppositum comperimus, Nam, cum aliqui musolati numero septem emisissent in quadam villa nomine Topolouiz districtus nostri Justinopolis certam quantitatem vini et caricavissent super somis suis eandem, existentibus ibi presentibus illis de quibus in litteris fit mentio, et adventantibus illis musolatis ad caricandum, ecce, exeuntibus predictis musolatis dictam villam unam cum predictis vestris hominibus, super proprio Territorio nostro predicto, ipsi vestri immediate, spoliaverunt illos musolatos, nequiter abducentes eosdem cum equis septem vino

oneratis

anustis ad Castrum Petrapilosa. Quo excessu ad noti-
tiam predicti nostri potestatis et capitanei pervento
idem potestas illico, Capitaneum sclavorum, ad capita-
neum Petrepilose transmisit rogando, ut attento ca-
su predicto placeret sibi facere fieri restitutionem
integram de predictis. Capitaneus vero prefatus Pe-
trepilose cognoscens predictum delictum a justitie
tramite declinare promisit nuntio jamdicti potestatis
nostri, facere integre restitui quicquid reperire-
tur restare, cum jam pars prede inter illos malos
homines destributa fuisset. Subsequenter predictus
Capitaneus Petrepilose, scripsit jam dicto potesta-
tis, Quod preda predicta, extiterat extra territo-
rium nostrum commissa et preterea nihil restitu-
ere intendebat. Unde potestas noster predictus,
videns non posse cuiquam in juribus suis deficere
fecit intromitti decem capita bovina, inter grossa
et minuta, illorum de Petrapilosa, ipsaque vendi
ad publicum incantum pretio, ducatorum XXXII. et
dari Musolatis predictis conquerentibus, licet dicti
Ducati XXXII. non sufficerent ad tertiam partem
valoris damni dati eiusdem, contra Deum et equita-
tem et contra honorem nostri Dominii. Propterea
habentes meram veritatem rei sic esse ut profertur,
nec aliter esse poterat, quia predicti Musolati re-
dere non poterant ad partes suas per aliud iter,
quam per districtum Justinopolis suprascriptum, Ro-
gamus benignitatem vestram, quatenus de debito

Jam

damni suprascripti placeat taliter providere, quod reficiatur, et solvatur illis pauperibus hominibus spoliatis sicut justum est, ac taliter ~~regulariter~~ regulare gentes vestras, quod talia decetero nec similia non contingant, et quod venientibus et recedentibus de civitatibus et districtibus vestris Pistorie, non inferatur aliqua molestia vel gravamen, quia nichil, displicibilius nobis posset accidere, quam ~~stalate~~ strate Pistorie rumpentur.

Datum .... manca poiche la pergamena è tagliata

A tergo — Egregio et Nobili Viro

Cosimo de Castello

Dall'originale Pergamena nel nostro Archivio

Cas.° di Torsello 31. agosto 1823.

Frangipane

1385. 27. maggio — Il Carrarese assicura A. della Scala che non ha pensiero di muovergli guerra, e lo ragguaglia di sue diregioni in Friuli.

Magnifice frater carissime, A viro nobili Francisco Turchetto secretario meo
dilecto recepi quondam litteram, in qua inter cetera continetur quod
Fraternitas vestra dixerat ei se velle me scire, quod propter plu-
ra et plura verba per venientes de Padua Veronam relata inter
ligonis mee erat velle guerram movere vobis et propter hoc cum
venetis ligamen feceratis. Ad que Fraternitati vestre respondeo quod illi
qui verba predicta portaverint magnum michi fecerunt obliquum
quia bene scitis modos, quos in factis vestris tenui et teneo, et
etiam Valerianus familiaris vester bene scit verba que dixi sibi, quando
venit ad me super verbis que dicta fuerunt vobis quod non esse dubium
aliquod de factis meis habere. Item scripsit michi dictus Franciscus
vos sibi dixisse, quod promiseratis firmare ligam cum Furlanis. Ad
quam partem volo Fraternitatem vestram pro sui declaratione
scire tempore quod preterito fuerunt aliqui Furlani, et specialiter illi
de Utino, rebelles et usurpatores bonorum, et iurium Aquilegensis
ecclesie, et etiam fuerunt rebelles Reverendissimi Patris, domini
domini Philippi de Alenconio cardinalis sabinensis sancte sedis Aquilegensis
Patriarche et sunt aliqui etiam multi qui fuerunt et sunt
obedientes ipsi domino Cardinali Patriarche, et firmi propositi

ad ipsius conservationem et honorem. Et sicut Fraternitas vestra audire potuit, discordia et guerra extitit inter ipsos, pro quibus tollendis requisitus per Santissimum Nostrum Papam, Cesaream que Majestatem ac Regiam Majestatem Ungarie, in cujus protectione Patria ipsa est, etiam contemplationem ac reverentiam ecclesie Aquilegensis, et Patrie Forojulii, quorum mei et ego fuerunt, et sum amicus quibus pro ipsius ecclesie et Patrie status conservatione plures ei servivi, sicut potest omnibus esse notum. Ac etiam contemplatione dicti domini Cardinales Patriarche, ad cujus personam devotione afficior singulari, et ut Patria ipsa in bono, et tranquillo statu esset et in suis consuetudinibus antiquis, et debitis conservaretur, dictoque domino Cardinali Patriarche prestaretur obedientia debita, facto in me de communi partium consensu compromisso tanquam in Arbitrum et arbitratorem, et amicabilem compositorem, ac communem amicum tulli sententias, quas putavi et puto rationabiles, et honestas tam super obedientia sibi prestanda et prestita, quam super restitutionem bonorum ad ipsum Cardinalem de jure spectantium sibi fienda occupatorum per aliquos Patriotas et non obstantibus dictis sepenis per me satisfaciendo debita premissorum dicto domino, Patriarche se

insimul

insimul ligaverunt et induxerunt aliquos ad unionem secum vere

fis contra honorem et statum dicti domini sui domini domini

cardinalis Patriarche et contra expressam eius conscientiam et manda-

tum, et moliti sunt et quotidie moliuntur aliquos dicte Patrie obedien-

tes dicto domino Cardinali Patriarche per vim inducere ad ligam

ipsam intrandam, prout in copia cujusdam litter. per Dominum

C. Patriarcham mihi misse inclusa presentibus videbitur continen-

cujus quidem occasione et causa ego requisitus per ipsum dominum

C. Patriarcham de gentibus meis sibi mittendis, ex gentibus

meis misi juxta requisitionem suam, et etiam mittam de aliis

si sibi extiterit opportunum pro conservatione status et honoris

sui, ac etiam ecclesie Aquilegensis, et suorum. Factum itaque

istud, quod stat, prout scribo, decrevi Fraternitatem vestram scire.

Dat. Padue die XXVI. mensis Maji

Verci – Tomo 16. pag. 95. Doc. 1830.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

1385. 14 maggio Il Cardinale Alanson ragguaglia F. di Carrara di va- 196.
ij movimenti in Friuli e specialmente in Gemona doman-
dando pronto soccorso.

Magnifice et excelse frater carissime. Vestri dilecti fideles nostri
pupillares Terre nostre Glemone, quia hodie hora tertiarum
currentes ad rumorem armati clamantes alamiter vivat
Patriarcha, et vivat populus, aliqui enim ex maioribus Terre
ostendebant consentire Lige, Utinensium, existentibus ibidem Federi
co de Savorgnano, Nicolao de Spegnimbergo, et Marino Veneto occasio
ne huiusmodi, inde accesserunt ipsi pupillares ad castrum recipientes
in se castri custodiam ad honorem nostrum et Ecclesie nostre Aquileiensis
gentis de manibus Vicecapitanei illorum de Spegnembergo, demum
ad nos celeriter miserunt pro succursu timentes per unionem,
et eorum gentes offendi habentes ipsi Glemonenses penes se infra
terram prefatos Federicum, et Nicolaum, et Marinum, nec eos
ab inde recedere permittentes; possumus igitur fidelibus nostris
Glemonensibus, ut ipsi fidelitate sua et certi nobis fideliter ~~...~~
slentes constantius perseverent, ac etiam amplius animentur succurrere
toto posse fidelesque nostri capitaneo videantur bone voluntatis
licet potentie modice. Idcirco Fraternitati vestre quam strictius possu
mus deprecamur cordis toto affectu quatenus pro conservatione hono
ris nostri et status et Ecclesie nostre predicte, nostrorumque Fidelium
et Patrie libertatis gentes vestras equites et pedites quibus ~~...~~

modo karissimo potestis mittere ad loca vestra in confinibus inde ad omnem requisitionem nostram prout expediens fuerit progressuras absque mora placeat, et velitis in vestra enim ~~firmitate~~ firmitate disposuimus anchoras totius nostre spei, scribimus etiam capitaneis vestris Turri et Motte in confinibus ut gentes equites et pedites, quibus carere possunt ad vos illico mittant transmittendo per Turrim, et ibidem se durando.
Dat. in Patriarchali Palatio nostre Civitatis Austrie die XIIII Maii MCCCLXXXV.

[illegible]

-tione &c.
Diocesis
celebrari.
cantibus
-i de Otto-
Vicolusso
bus ad
gregato
ripitis
magnificus
Nobiles
itaneus
aut illo-
risono,
Dreotis
ij, pra-
annas
to Da-
tia, quo-
ino Con-
Diocesis
t prefa-
tis Con-
Schiavi

1383. 31. 8bre Sagrretto

Il Comune di Udine destina Andrea Monticoli e Nicolò Mauino ad appellare al Papa contro la scommunica del Pat. d'Alençon. 197

Sindicatus *

*utinensis

In Christi nomine Amen ab ejus Nativitate 1385 (sic). Indictione 6a. Die ultimo mensis octobris. Actum Utini Aquilegiensis Diocesis super domo communis in qua Terre Utini solet consilium celebrari. Presentibus Nobilibus ac providis viris Francisco de Cavalcantibus de Florentia Utini habitante, Johannes quondam Yudovici de Ob... civis, Nicolao quondam ser Nicolussii de Percoto, et ser Nicolussio filio ser Zani de Burgo de Utino testibus et aliis pluribus ad hoc vocatis et specialiter rogatis. Ibique convocato, et congregato consilio generali Terre Utini more solito pro infrascriptis specialiter peragendis in quo quidem consilio interfuerunt magnificus et potens miles Dominus Federicus de Savorgnanis, ac Nobiles et prudentes viri: D. Antonius de Vincentia Capitaneus Hermanus ser Missi de Ramanzaco Camerarius, et Nicolaus Illo... mini, et Petrus de Bellonis Procuratores. Blasius de Lisono, ser Hector Miulita, Dietalmus et Bolindussius de Advocatis Henricus de Zaratia (sic) ser Nicolaus Magistri Gregorii, Valentinus de Valentinis, ser Colutius de Bombenis, Johannes de Maganea, ser Zanus de Burgo Leonardus de Sancto Daniele, Franciscus Raijnerii, Thomas de Florentia, Monachinus de Pinzano, Manfredus Drapperius (sic) de Utino Consiliarii dicte Terre Utini predicte Aquilegiensis Diocesis totam universitatem ipsius Terre Utini representantes prefati D. Federicus, ac D. Anthonius Capitaneus et alii Consiliarii

siliarii suprascripti cum consensu, et voluntate suprascriptorum Hermanni Camerarii et ser Nicolai, et Petri procuratorum, et ipse Camerarius procurator, Camerario et procuratorio nomine nominibus ipsius Communitatis Utini ~~cum~~ consensu et voluntate dictorum DD. Federici, et D. Anthonii Capitanei, et Consiliariorum suprascriptorum, nec non ipsi omnes, et singuli unanimiter, et concorditer per se eorumque successores ac vice et nomine totius Communitatis et universitatis dicte Terre Utini presentis, Aquilegensis processus ipsi quoque et omnes et singuli suprascripti conjunctim, et divisim ac singulariter et per se eorum propriis nominibus, ac etiam vice et nomine omnium Nobilium de Castello, de Colloreto, de Strasoldo, et de Moinaco, ac Communitatum Venzoni, Sacili et Marani, in quantum eorum interest ac omnium, et singulorum aliorum Nobilium, Civium et Communitatum, fidelium et Legalium de Patria Fori Julii Liga et unione cum preclato Duce Dominii Venetarum et magnifico D. Veroni (sic) pro conservatione honoris et status Aquilegiensis Ecclesie et Patrie Fori Julii et libertatis alias facta et firmata existentium (sic) de quibus infrascriptis processibus iniquis, et injustis fit mentio, quovis modo, pro quibus suprascripti Dominus Federicus de Savorgnanis, Antonius Capitaneus et Consiliares dicte Terre Utini promiserunt de ratihabitione, et facturos, et curaturos cum effectu, omni exceptione remota, quod predicti Nobiles, Cives et Communitates de quibus supra fit mentio,

quo-

~~quandocumque~~ expediens fuerit infrascripta omnia et singula approbabunt, et ratificabunt in omnibus et per totum, obbligantes ad hec omnia bona sua, et dicte communitatis Utini presentia et futura omnibus modis, ~~et~~ via et forma quibus melius, et efficatius de iure et de consuetudine sciverunt, et potuerunt, fecerunt, constituerunt, ordinaverunt suos, et dicte communitates Utini, ac suprascriptorum omnium aliorum veros, et certos nuncios actores, factores negotiorum gestores, ac legitimos sindicos et procuratores, et quicquid melius dici possit, honorabilem et sapientem virum D. Andream de Monticulis licentiatum in iure civili et ser Nicolaum Marini de Utino supradictum ibidem presentes et hoc mandatum in se sponte suscipientes utrumque illorum in solidum.

Specialiter ad presentandum, notificandum, et intimandum Reverendo in Christo Patri et D. D. Philippo de Alencorso miseratione divina episcopo Sabinensis S. R. E. Cardinali Patriarche Aquilegiensis quamdam appellationem per me Notarium Nicolussium infrascriptum in publicam formam reductam, et scriptam, et per honorabilem, et circumspectum virum ser Nicolaum Domini Gabrielis de Utino suo procuratorio nomine, et tanquam sindicum et procuratorem, ac sindicario, et procuratorio nomine suprascripti D. Federici de Savorgnanis, et consortum suorum, ac Nobilium de Spilimbergo, de Colloredo, Bernardi et Jacobi fratrum de Strasolde, Baldassarii et consortium omnium de Mansiaco, suprascriptorumque Blasii de Lisono, Detalmi, et Leonardi de Andreotis, ser Nicolai Magistri Gregorii

vi

vii Ser. Nicolai Marini, ser. Thomé de Burgo, Johanne de Yay-
nea, et aliorum Civium, et habitatorum Terrei Utini in infrascriptis
processibus nominatorum, ac ipsius Communitatis Utinensis, prefate
Aquilegiensis Diocesis, ac Candidum Notarium de Sarcento Procura-
torios nomine D.de Doymi et Nicolussii Fratrum de Castello ejusdem
Aquilegiensis Diocesis et Ser Missiv. de Remanzaco de Utino pre-
dicte Diocesis coram publicis honorandis et autenticis personis
ad Illustrissimum in Christum Patrem, et D. N. D. Urbanum
divina providentia Papam VI. et coram S. Sede Apostolica in-
terpositam a quibusdam processibus iniquis et injustis, certas
monitiones, requisitiones, inhibitiones, citationes, et sententi-
tas excommunicationes, interdicta privationes Feudorum habi-
tantiarum, honorum, et jurisdictionum ministeriorum prerogati-
varum, fulminationes contra quosdam personas tam ecclesiasti-
cas quam seculares, et Burg---- ex preinsertis quibusdam
nominibus propriis, et contra ipsorum expressos Consiliarios,
sequaces, complices, et fautores in se continentibus predictum
D. Cardinalem Patriarcham per certas suas litteras, sub
datam videlicet Anno Domini 1385. Indictione 8. die III
mensis Augusti, factis fulminatis, et promulgatis, et pro supra-
dictis D.D. constituentibus; et aliis de quibus superius con-
tinetur, ad impetrandum, et contradicendum, in Romana Curia
in Audientia publica litterarum Contradictarum D. N. Pa-
pe litteras Apostolicas tam simplices, quam legum Gratiam
et justitiam continentes loca, et judices eligendum, et recusan-
dum

dum ac in eos conveniendum, et ipsam appellandam, et quascumque alias dicto D. N. Pape, et cuicumque sui sacri Palatii Auditorii presentandum ac ipsam, et ipsas in dicta Curia Romana, et extra coram quocumque Judice, et Auditore per dictum D. N. Papam deputato seu deputandum prossequendum nec non ad agendum, et defendendum libellum, seu libellos, et quascumque petitiones, dandum et porrigendum, ac libellis et petitionibus respondendum, opponendo excipiendo; et replicando, triplicando, et quadruplicando litem, seu lites contestando, de calumnia evitanda, et veritatem dicendi, et cujuslibet alterius generis licitum juramentum in animas dictorum constituentium prestandum; ponendum, et articulandum, et positionibus et articulis respondendum. Terminos et dilationes petentes, Judices advocatos eligentes, suspectos et confidentes denunciantes, testes instrumenta, probationes, et jura quelibet producentes, et contra producta per partem adversam dicentes, et opponentes in causa, et causis concludendum, sententiam, et sententias tam interlocutorias, quam diffinitivas audiendo, et ab ea, vel ab eis, et a quolibet alio gravamine, si opus fuerit appellandum, et appellationes prossequendum. Item etiam ad petendum, recuperandum, et recipiendum mutuo ab inclito et Excellentissimo Duce Dominii Venetiarum nomine ipsorum D.D. constituentium, et aliorum suprascriptorum de Patria Fori Julii semel plures omnes, et singulas pecuniæ quantitates, de quibus eisdem sindicis, et procuratoribus videbitur expedire, et ad

alli

obbligandum solemniter omnia bona suprascriptorum Constituentium ac ipsius Communitatis Uliensis, et aliorum suprascriptorum omnium et singulorum pro ipsis pecuniis integraliter restituendis cum promissionibus, remunerationibus contentationibus cautelis, et aliis omnibus in talibus neccessariis, et opportunis, et ad substituendum unum, vel plures procuratores, et sindicos loco sui et utriusque ipsorum, et substitutos revocandum, ac procurationis officium in se ressumendum presente tamen mandato semper in suo robore premanente, et generaliter ad omnia et singula alia faciendo, gerenda, procuranda et exercenda.

In predictis omnibus et singulis, et circa predicta que fuerint necessaria et opportuna, et que merita causarum exiqunt, et requirunt, etiam si talia forent, que mandatum exigerent specialem, et que ipsimet constituentes et alii suprascripti omnes facere, procurare, et exercere possent; si personaliter interessent, dantes et concedentes predicte DD. Constituentes pro se et pro nominibus quibus supradictis eorum sindicis, et Procuratoribus constitutis ac substituendo, vel substituendis ab eis, vel ab altero ipsorum in predictis, et singulis, ac dependentibus et connexis, et prorsus extraneis plenum liberum, et generale mandatum, ac etiam speciale ut exigitur, cum plena libera et generali administratione, ac promittentes mihi Notario infrascripto tamquam publice persone legitime stipulanti, et recipienti

via

vice et nomine eorum, et singulorum, quorum interest, vel interes

se poterit quomodolibet in futurum, se firmum, ratum, et gratum

perpetuo habituros, quicquid per dictos eorum Sindicos, et Procu:

ratores, vel eorum alterius aut substituentium, vel substituendo

ab eis vel eorum altero actum, factum, gestum, et procura:

tum fuerit in predictis et qualibet predictorum sub Hypoteca,

et obligatione omnium suorum, ac ipsius Communis Utinensis,

et aliorum suprascriptorum bonorum presentium, et futuro:

rum et volentes dicti DD. constituentes nominibus quibus su:

pra per dictos eorum Sindicos et Procuratores, et ipsorum utrum:

que ac substituendum, seu substituendos ab eis, vel ab altero

ipsorum relevare ab omni honere satisdandi, et ex nunc re:

levantes promiserunt mihi notario infrascripto tamquam

publice persone stipulanti, et supra de judicio sisti, et ju:

dicatum solvi, et in omnibus suis clausulis opportunis

sub hypotheca et obligatione predictis

Sindicatus.

Millesimo tricentesimo octuagesimo quinto. Indictione VIII. die

VI. mensis Novembris. Actum Utini Aquilegiensis Diocesis

super Domo Communis Terre Utini, in qua ipsius Terre solet

consilium celebrari. Presentibus Nobilibus et providis viris

Bartolomeo quondam Simonis de Bombenis de Florentia, Pros:

no quondam Petri de Carlevariis de Castro Novo Terdonensis [sic]

Prae

Diocesis, et Johanne Folcherio Notario de Spilimbergo omnibus Utini habitantibus et aliis pluribus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Ibique magnificus et potens miles Dominus Federicus quondam strenui, et potentis militis Domini Francisci de Savorgnano, ac Nobilissimus et prudentes viri D.D. Magister Jacobus Physicus, Detalmus de Andriotis, Valentinus de Valentinis, Franciscus Ser Missi, et Johannes Leonardi Dominici de Utino ad regimen Terre Utini prelibate per Generalem Arengum ejusdem Terre specialiter Deputati, cum consensu voluntate et deliberatione infrascriptorum ejusdem Terre Consiliariorum, videlicet Nobilium et prudentum virorum Domini Nuschini della Turre, Blasii de Lisono, Hectoris Miulite, Nicolai Domini Gabrielis, colusse (sic) de Bombanis Francisci de Cavalcantibus, Henrici de San Nicolai de Soldoneriis, Monachini de Sangano, Petri de Mellonis, Hermanni de Tervoto, Janutti Boni, Stephani Bartholini, Nicolussii, et Nicolai de Castellerio, Quintini de Artenea, Leonardo de S. Daniele, Manfredi Trapelli (sic), Ricardi Siluti Anthonii Ser Masii Michaelis, Apothecarii, Jacobi Alapidibus, Ambrosii Magistri Lazari, Dominici Mandine, Leonardi de Carnea Dominici de Villa Chiasis, et Petri Tasclutti de Utino, ibidem presentium, qui quidem omnes et singuli suprascripti unanimiter, et concorditer per se, eorumque successores ac vice, et nomine totius Communitatis et universitatis dicte Terre Utini predicte Aquilegensis Diocesis omnibus modo, via, et forma quibus melius, et efficatius sciverunt, et potuerunt, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt suos, et certos Nuncios et Ambasciatores, actores, factores negotiorum gestores, ac legitimos sindicos, et procuratores sapientes, et honorabiles viros Ser Andream de Monticulis

licen-

...entiatum in iure civili, et ... Nicolaum Manini de ... tanc absen

tes tanquam presentes, et utrumque ipsorum in solidum, ita quod occu-

pantes conditio potior non existat sed quod unus eorum inceperit,

alter mediare valeat, prosequi et finire, specialiter ad petendum,

recuperandum, et recipiendum à quibuscumque Dominis Prelatis,

Principibus Baronibus et personis cuiuscumque dignitatis prem-

nentia, et conditionis existant à quibus melius poterant vice et

nomine dicte Communitatis et universitatis Terre Utini predicte

Aquilegiensis Diocesis omnes et singulas pecunie quantitates de qui-

bus eisdem Sindicis, et Procuratoribus videbitur expedire, ...

que pecunias prout melius expedire crediderint pro bono ipsius

Terre Utini, et totius Patrie Fori Julii, ac pro conservatione

honoris, et status Aquilegiensis Ecclesie et ipsius Patrie debite

libertatis expendendum, et ad obligandum solemniter dictam

Communitatem Utini, et omnia eius bona presentia et futura

cum Sacramentis pactis, promissionibus, exceptionibus, renuncia-

tionibus, cautelis, et clausulis omnibus opportunis quibuscumque

DD. Prelatis, Principibus Baronibus et Personis, cuiuscumque

dignitatis preeminentie, et conditionis existant, pro premissis

et aliis quibuscumque in omnibus et singulis pecuniarum quantita-

tibus ac etiam in aliis de quibus eisdem Sindicis, et procurato-

ribus placuerit, et videbitur expedire, et ad prestandum in ip-

sorum constituentium animas quodcumque opportunum et lici-

tum iuramentum, et ad substituendum unum vel plures procura-

tores, et Sindicos loco sui, et utriusque ipsorum, substitutos-

que revocando, et procuratoris officium in se reservando, presen-

te

te tamen mandato semper in suo robore permanente, et generaliter ad omnia, et singula alia dicendum, faciendum, gerendum, obbligandum, promittendum, curandum, procurandum, et exercendum in predictis et circa predicta: que in predictis et singulis ac dependentibus, et connexis, et prorsus extraneis fuerint necessaria, et opportuna, etiam si talia forent, que mandatum exigerent specialem, et que ipsimet constituentes et tota Communitatis, et universitatis ipsius Terre Ultrini dicere, facere, gerere obbligare promittere, curare, et procurare, et exercere possent, si personaliter interessent, dantes et concedentes dictis eorum sindicis et procuratoribus, ac ipsorum utrisque, ac substituendo, seu substituendi ab eis, vel altero ipsorum in predictis, ac singulis, ac dependentibus et connexis, ac prorsus extraneis plenum liberum, et generalem mandatum, ac etiam speciale, ubi exigitur, cum plena, libera et generali administratione, ac promittente nomine quo supra mihi, Notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti, et recipienti vice et nomine omnium et singulorum, quorum interest, et interesse poterit in futurum, se firmum, ratum, et gratum perpetuo habituros, quicquid per dictos eorum sindicos, et procuratores, et ipsorum utrumque ac substituendum, et substituendos ab eis, vel ipsorum altero, actum, factum, gestum, obbligatum, promissum, curatum, et procuratum fuerit in premissis, et quolibet premissorum sub hypotheca, et obbligatione omnium bonorum dicte Communitatis Ultrini presentium et futurorum, et volentes dicti Domini Constituentes, predictorum eorum sindicos et procuratores, et ipsorum utrumque et substituendum, et substituendos ab eis, vel altero

ipsorum

ipsorum ~~ubicumque ac satisstiverint, et substituendos ab eis, vel altero ipsorum~~ ab omni satisfationis honore relevare, et ex nunc relevare promiserunt mihi Notario infrascripto tamquam publi.ce persone stipulanti ut supra de iudicio sisti, et judicatum solvi, in omnibus clausulis necessariis et opportunis, sub hypotheca et obbligatione predictis et &c.

De notis egregii quondam Ser Nicolussii de S. Maria la Longa Notarii, et Cancellarii Communitatis Utini, mihi comissum infrascripta descripta superius aliena manu quorum unum est Confederationis Patrie cum Venetis, Sindicatos duos publicavi ego Rubertus de Latisana quondam honorabilis Ser Johannis de Salerno Civis Utinensis publicus Imperiali auctoritate Notarius sub signo, et nomine meis consuetis, quia cum originalibus concordare inveni in omnibus facta diligenti ausculatione requisitus per Magnificum et Illustrissimum Dominum Hieronymum Savorgnanum Equitem et Belgradi Comitem anno Domini 1517.

Jacobus Cornelius pro Illustrissimo Ducali Dominii Venetiarum Patrie Fori Julii Locuntenens Generalis ad tolendam omnem suspitionem, que de fide et legalitate suprascripti Ser Ruberti de Latisana Notarii oriri posset propter locorum distantiam, universis et singulis fidem facimus indubiam, et attestamur suprascriptum Ser Rubertum qui predicta omnia instrumenta in hanc formam publicavit

rek.

relevavit, seu relevare aliena manu fecit, esse publicum fidelem legalem, et auctoritate Notarium istius Civitatis cujus scripturis adhibere plena fides, et sic indubitanter ubique adhiberi potest, in quorum testimonium

Utini die 22 Iunii 1511

Alogsius Cancellarius

L. S. Premissa omnia aliena fida manu educta ex consimili exemplo requisitus subscripsit et signavit David Gratina Cancellarius Patriæ in fide &c.

Utini 24 julii 1684.

Premissa omnia contenta in his X. paginis ex consimilibus autenticis, existentibus penes Illustrissimum Dominum Nicolaum Franchipanem, requisitus propria manu extraxit Ludovicus Plotius Civis Utini publicus veneta autoritate Notarius, in fidem subscripsit, et de more signavit L. P. O. M.

Die 12. Februarii 1696.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXIX pagina 61. esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas. di Carpello 15. febb. 1818

Cr. Frangipane

[illegible] 28. obre. Il comune di Udine a Venzone; sull'adunar genti contro Gemona, sulle cose della guerra nel resto del Friuli ed in Padovano, sulla presa di Mereto di Tomba etc.

Carissimi Fratres. Dolemus ut novit eternus [illegible] amissione temporis irreparabile et [illegible] damnum crebente, et detrimentum [illegible] [illegible] civitas gentes nostre de ultra [illegible] meri nondum reversi sunt. sed cogitavimus, et [illegible] uno [illegible] [illegible] cum [illegible] untate et [illegible] placito capegii et Nobilis Domini [illegible] [illegible] Dominationi et [illegible]. Et [illegible] [illegible] nobis placet deliberavimus [illegible] [illegible] [illegible] ex vestris ad eundem et ad vos Fratres nostros [illegible] cividitate et sine mora mittere ut dentur [illegible] tonus ad obtinendum [illegible] nostra [illegible] tum Gemone [illegible] [illegible] etiam [illegible] [illegible] sentibus nostris [illegible] esse notente [illegible] dum hec [illegible], requirendo nostros [illegible]

illos de Sancto Daniele de partibus su-
perioribus, illos de Tumetio, de Carnea et
de canalibus, de Brampergio, de Artenea, de
Tarcento, et alios nostros &c. Et qualiter
et in quantum erit pro Patria Fori julii no-
bis et libertate nostra fructuosum et utile
vix possumus totum videre, tanta est abun-
dantia de hiis fructibus. Nam bona conside-
ratione attenta quasi omnia nostra facta
sunt - - sic - - - - retinent in suspenso om-
nes prosperitates domini et nostras et hu-
jusmodi ad praesens sunt quod gentes nostre in-
te Brugneriam campum posuerunt. et quod
secundum quod est nobis scriptum Domi-
nus Cardinalis nuper recepit in advoca-
tiam

tum Ecclesie Aquilegensis Dominum Videlanum, atque ipse investivit de Civitate Portusgruarii et de Sancto Vito, et de Castro Savorgnani, et generaliter de omnibus aliis aquirendis per eum de bonis Domini Federici de Savorgnano Militis, et predicte Capitaneus Portusbufoleti assidatum vocavit egregium militem Dominum Johannem de Prata, ut iret secum ad prandium Portumbufoleti, in cujus reversione Domicellus ejusdem Domini Johannis finivit dies suos, et subito et in crastinum idem Dominus Johannes, videlicet die veneris nunc proxime preterita similiter diem suum clausit extremum. Ceterum quod Gente nostre in=

per Vicentino existentes conantur transire Brentam, et non possunt, sed quotidie multiplicantur. Et ex adverso Gentes Domini Paduani quas videtur conducere, et esse Johanne de Ago sunt in Citadella ad obviandum ne nostre transeant, et similiter accumulantur alie gentes ipsius ut fertur. Demum autem sciatis vestra Fraternitas quod incepimus destruere Cortinas, et victualia blada et vinis conducere Utinum, vel ad alia loca Amicorum, et sic conceditur omnibus cujus ipsa victualia sunt libere et secure conducere ipse et eas. Et incepimus a Cortina Mereti de Lecto Corni, que hodie data est nobis, et assidavimus bona, et per

personas de dicta villa, sed non ordinarunt,

de quibus ipsi Baraili contenti sunt, sed

primo vult elucidantiorum debilitata.

et vulnerati de eis, et de nostris.

Datum Utini die XXVIII. novembris

indictione VIII.

Ser Quanove Deputati pro Civitate Utini

Consilium et Commune ejusdem Civi-

tatis cum fraterna salutatione.

a tergo / Honorabilibus et circumspectis viris Domi-

nis Vicecapitaneo Consilio et -- Communi Ter-

rae Venzoni tamquam fratribus Carissimi.

Ex Autographo existente in

Tabulario Civitatis Utini

(b) Da Manoscritti di Monsignor Guerra,

Canonico di Cividale intitolati — Co-
dicum Forojuliense = Tomo XX[illegible] pagina
412 esistenti presso il Nobile Signo-
re Agostino de' Portis di Cividale del
Friuli.

Cast.° di Sernello 17 agosto 18[illegible].

[illegible]

1386. 8. Gen.° Leonardo di Vers Vicecapitano ed il comune di Gemona rettifica l'unione coi Veneziani ed altri feudatarj.

Da un protocollo in foglio Notaro Antonio di Rivignano il quale si conserva nell'Archivio vecchio del collegio de' spettabili Signori Notari

Noverint universi et singuli presentes litteras inspecturi, quod nos Leonardus de Vers vicecapitaneus, Massarius et octo electi per Civitatem Glemone --- Consilium et --- comune ejusdem Terre per nos, nostrosque vicinos ac nomine et Civitatis et universitatis dicte Terre Glemone ex deliberatione matura, et solemni per nos Vicecapitaneum, et Consiliarios ejusdem Terre more solito et in loco consueto ad sonum campane sollemniter facta presentium tenore firmiter promittimus habere et tenere rata et firma omnia et singula pacta, conventiones, obligationes et promissiones facta inter Egregium et Nobilem Dominum Petrum Mauroceno Capitaneum et provisorem et nomine et vice Serenissime inclite Venetorum Dominationis Ducalis, et magnifici et excelsi Domini nostri Domini Verone, Vincentie et ac nomine et vice omnium nobilium et comunitatum et aliorum in ipsorum liga felici inclusorum, et Nobilem Egregem et potentem Dominum Federicum militem Capitaneum, quinque Deputatos per Civitatem Utini, Consilium comune et universitatem ejusdem Terre Utini quando ex parte una, et vicecapitaneum, consilium et comune Terre Glemone, seu eorum sindicos et procuratores ex alia, quod nuperrime reducti fuimus ad felicem ligam et unionem superius declaratam in quibus quidem pactis ultro factis cavetur quod omnia et singula facta et promissa, et obligata per nos tempore quo Egregius et Nobilis v. Dominus Marinus Maripetro erat provisor in Patria Fori julii et que eidem Domino Marino instrum

stipu

stipulata et promissa recipienti vice et nomine, ut in eisdem promis-
sionibus et stipulationibus clare continetur et patet, quorum omnium
tenor talis est. Nos Franciscus Zane, de mandato Incliti Du-
calis Dominij, et Comunis Venetiarum Ambaxiator et Sindicus,
et egregij nobilisque V. Domini Gabrielis Aymo sindici constituti
Magnifici et potentis Domini Verone sindicus substitutus in par-
tibus Fori julij, et Federicus de Savorgnano cum X Deputatis
in Utino pro unione, et Liga notum etiam volumus universis
qualiter Civitas, et universitas Terre Glemone, die XXII. in-
stantis mensis junij intraverunt et juraverunt Ligam et unio-
nem celebratam et firmatam inter Inclitum Ducale Domini-
um Venetiarum, magnificum et potentem Dominum Verone et
nonnullos Nobiles Castellanos, et Civitates Patrie Fori julij
pro conservatione libertatum, franchiziarum, ac jurium Ecclesie
Aquilegensis et totius Patrie Fori julij superius declarata cum
omnibus modis formis subjectionibus obbligationibus et conditio-
nibus omnium aliorum nobilium, Comunitatum, et Castellanorum
ad presens existentium in Liga et unione prescriptis, salvis,
et exceptis hiis pactis et conditionibus que tales existunt, vi-
delicet. primo quod prefate ~~Civitas~~ Comunitas et universitas Terre
Glemone non sunt obbligate ad aliquas expensas que fieri de-
berent extra contratam vigore dicte unionis, et similiter non
sunt obligate extra contratam nisi ad illas, que procederent
de eorum beneplacito voluntatis salvo quod si illi qui sunt et
erunt in Liga offenderentur vel dannificarentur per aliquos de Pa-
tria

tria, cujuscumque conditionis existant qui non forent in liga, vel per alios extra Patriam, quicumque forent qui vellent dannificare contratam, quod dicta Comunitas et universitas Glemone teneantur esse cum illis de liga ad bonum, et malum et juvare eos toto posse et totis juribus. Ad evidentiam autem pleniorem presentes fieri jussimus, et in fidem premissorum nostrorum sigilorum impressionem muniri. Datum Utini M. CCCLXXXV. Indictione VIII. die predictam mensis junij. Quas quidem promissiones et obligationes pure et sine fraude promittimus antedictis Domino Petro Maurocen Capitaneo et Provisori &c nomine ut supra et nobili egregioque viro Domino Federico de Savorgnano Capitaneo stipulanti et recipienti, ut supra liberaliter habere ratas, et firmas, et ipsa omnia inviolabiliter observare. In cujus rei testimonium presentes fieri jussimus, et sigilli comunis Glemone impressione muniri. Datum Glemone Aquilegensis Diocesis Die VIII. januarij M. CCCLXXXVI. indictione nona.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 275 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli

Cas.o di Porpetto 22. Luglio 1817.

Frangipane

1386. 9. Genn.° — Leonardo di Bers Vice Capitanio ed il Comune di Gemona ratifica l'unione coi Veneziani ed altri feudatarii. 200.

Noverint universi et singuli presentes litteras inspecturi, quod nos Leonar
dus de Bers Vicecapitaneus, Massarii et octo electi per commu
nitatem Glemone ... nec Consilium et Commune eiusdem
Terre per nos nostrosque vices ac nomine et Communitatis
et Universitatis dicte Terre Glemone ex deliberatione matura et
solenni per nos Vicecapitaneum et Consiliarios eiusdem Terre
more solito et in loco consueto ad sonum campane solemni
ter facta, presentium tenore firmiter promittimus habere et
tenere rata et firma omnia et singula pacta —— et promis
siones facta inter egregium et nobilem dominum Petrum Mauroce
num Capitaneum et Provisorem nomine et vice Serenissime inclite
Venetorum Dominationis ducalis et Magnifici et excelsi domini Antho
nij domini Verone, Vincentie, ac nomine et vice omnium nobi
lium, et Communitatum, et aliorum in ipsorum liga felici
inclusorum, et nobilem egregium et potentem dominum Federi
cum militem Capitaneum, quinque deputatos per Communitatem
Utini ex parte una, et Vicecapitaneum, Consilium et Commune Terre
Glemone, seu eorum sindicos, et procuratores ex alia, quando
nuperrime reducti fuimus ad felicem ~~ligam~~ ligam et unionem superius

declaratam in quibus quidem pactis ultimo factis cavetur quod omnia et singula facta, et promissa et obligata per nos tanquam quo egregius et nobilis vir dominus Marinus Maripetro erat Provisor in Patria Forijulii, et que eidem domino Marino fuerunt stipulata et promissa recipienti vice et nomine ut[s] eisdem promiss omibus clare continetur et patet quorum omnium tenor talis est.

Nos Franciscus Zane de mandato incliti Ducalis Dominii et Communis Venetiarum Ambaxiator, et Sindicus et egregii nobilisque viri domini Gabrielis Ayme sindici instituti magnifici et potentis domini Verone Sindicus substitutus in partibus Forijulii et Federicus de Savorgnano cum decem deputatis in Utino pro unione et liga statum esse vol/vimus universi qualiter Communitas et et Universitas Terre Glemone die XXII. instantis mensis Junii intraverint et juraverunt ligam et unionem celebratam et formatam inter inclitum Dominium Venetiarum, magnificum et potentem dominum Verone et nonnullos nobiles Castellanos et Communitates Patrie Forijulii pro conservatione libertatum franchisiarum et jurium Ecclesie Aquilegensis et totius Patrie Forijulii superius declarate cum omni/bus modis omnium aliorum nobilium Communitatum et Castell/anorum ad presens existentium in liga et unione prescriptis,

Salvis

salvis et exceptis his pactis &c. Ad evidentiam autem pleniorem presentes fieri jussimus, et in fidem premissorum nostrorum sigillorum impressione muniri. Dat. Utini M. CCC. LXXXV. indictio ne VIII. die predicto mensis Junij. Quas quidem promissiones et obligationes pure et sine fraude promittimus antedictis domino Petro Mauroceno Capitaneo et Provisoribus nomine ut supra, et Nobili egregioque viro domino Federico de Savorgnano Capitaneo stipulantibus ut supra liberaliter habere ratas et firmas, et ipsa omnia inviolabiliter observare. In cujus rei testimonium presentes fieri jussimus, et sigillo Communis Glemone impressione muniri.

Dat. Glemone Aquilegensis diocesis die VIIII. Januarii
M. CCC. LXXXVI. ind. VIIII.

Verci - Tomo 16. pag. 106. doc. 1846.

M°CCC°LXXXVI

In Nomine Sancte Trinitatis Amen. Ad laudem, et gloriam Omnipotentis Dei ejusque Gloriosissime Genetricis Marie, et Beatorum martyrum Hermacore et Fortunati Alme Aquilegiensis Ecclesie Patronorum, necnon ad requisitionem pariter, et mandatum Rev.mi utique Ex.mi patris Principis et Domini nostri Domini Philippi de Alençonio Sancte Romane Ecclesie Cardinalis Episcopi Portuensis, et Patriarche supradicte Ecclesie Aquilegiensis. Ego Odoricus Andreas de Utino Aquilegiensis Dioecesis dum felicis memoria Dominorum Ludovici et Marquardi Patriarcharum Aquilegiensium, et nunc supradicti Domini nostri Cardinalis, et Patriarche Cancellarius super Dominationibus, Honoribus, juribus, et jurisdictionibus Spiritualibus et temporalibus supradicte Aquilegiensis Ecclesie pro ipsorum notitia, et conservatione Memoriale presens breviter, prout nunc memorie mee potuit occurrere ultra memorialia alia dudum per me in pleniori forma composita ordinavi, et descripsi prout inferius est expressum.

Primo quidem supradicta Aquilegiensis Ecclesia, ejusque Pastores, et presules Patriarche habent superioritatem jure metropolitico super Episcopatibus, et Episcopis XVI. videlicet Concordiensis, Cenetensis, Tarvisinus, Paduanus, Veronensis, Vicentinus, Mantuanus, Comensis,

Trid.

Tridentinus, Feltrensis, et Bellunensis, Tergestinus, Emoniensis, Parentinus, Petenensis, Justinopolitanus et Polensis.

Item Capitulum Veronensem, et Abbas Monasterii de Foro Tarvisinae Diocesis Aquilegiensis Ecclesiae, ejusque Patriarchae sunt immediate subjecti.

Item quilibet Patriarcha habet jus antiferendi, seu Antiferri faciendi Crucem in memoriam passionis Christi quocumque exierit, praeterquam in praesentia Papae. Haec omnia, et alia plura sunt notoria ex publicis, et antiquis Privilegiis per me visis, et lectis.

Patriarchalis Diocesis extenditur per totum Patriarchatum et Ducatum Fori Julii potissime citra Tulmentum inclusis contratis Carneae, et Cadubrii, et per Archidiaconatum Catinthiae, Sueviae, Carniolae, Marchiae, ubi ordinariam potestatem, seu auctoritatem Aquilegiensis Patriarcha quilibet habet disponere et usque hunc disposuit ad beneplacitum suum providens Archidiaconis beneficia ecclesiastica auctoritate conferendi, corrigendi clericos delinquentes, absolvendi et excommunicandi, atque ut quilibet ordinarius Dominus et praelatus opportunum duxerit per se, vel alium in spiritualibus jugiter exercendo.

Etiam ultra Tulmentum habet conferre auctoritate ordinaria more praedecessorum suorum curatas ecclesias in Sacilo, in Pordo Paulo prope Tarvisium, in Meduna, et Capellam unam in Castro.

Et insuper Abbas Sextensis cum Monasterio suo est eidem Patriarchae, et Aquilegiensis Ecclesiae immediate subjectus, et similiter Abbas Rosacensis Bellunensis, et Mosacensis, atque

que plures Abbates, et Prepositi sunt sibi immediate subjecti.

Monasterium Dominarum majus Aquilegie, et majus Civitatis Austrie nec non Monasterium Dominarum in Archidiaconatus supradictis subsunt similiter immediate supradicto Domino Patriarche.

Canonicales Prebendas, et Beneficia in Ecclesiis Collegiatis de Utino, et Sancto Stephano penes Aquilegiam habet auctoritatem ordinariam conferendi, et insuper Vicariam in Ecclesia Aquilegiensi, et etiam in Civitatensis Ecclesia, atque nonnulla alia Beneficias in Ecclesiis antedictis, sed ipse Vicarie earumque collationes sunt temporales tantum, et non perpetue et durant solummodo ad beneplacitum cujuslibet Patriarche.

Archidiaconatus quoque Carinthie, Stirie, Suevie, Carniole et Marchie ad tempus sunt, ad D. Patriarche cujuslibet beneplacitum conferuntur, et sunt potius officia, quam beneficia et idem credo de Archidiaconatus Caduby, et Carnee, sed claram vel expertam inde non obtineo certitudinem.

Qui in Patriarchale Dominio, et Diocesi juxta officiorum suorum requisitionem consueverunt se exercere, et reddere rationem, et hi Vicarii durant solum ad Domini beneplacitum, et duo ipsorum scilicet in spiritualibus, et temporalibus consueverunt obtinere provisionem, et salarium a Domino. Vicarius vero in Pontificalibus solet esse contentus de questu, et lucro suo, et plusquam contentus.

Insuper de Insula, et Plebe Gradensi, et qualiter antiquitus esset Aquilegiensis ecclesie immediate subjecta, et qualiter notissime ipse bone memorie Popponis Aquilegiensis Patriarche. Idem Poppo in Conciliis pluribus Papalibus, et Imperialibus obtinuit sepius Patriarcham Gradensem in falso nomine Patriarcham. Clarent notissime publica, et autentica Privilegia, et Documenta a me visa, et lecta.

De

De Ducato Fori julij sunt plura, et diversa antiqua publica, et autentica Privilegia Imperatorum Romanorum Regum a me visa, et lecta qualiter ipsa Patria, sive Ducatus cum Terris, locis, juribus, et jurisdictionibus quibuscumque extitit perpetuo traditus donatus, et concessus Sanctae Aquilegiensis Ecclesiae, ejusdem Patriarchae, et Praesuli tunc praesidenti, et successoribus suis.

Sunt etiam publica, et autentica Documenta antiqua a me visa, et lecta de singulari Donatione, et concessione perpetuo facta ipsi Aquilegiensi Ecclesiae, ejusque Patriarchis, et praesulibus Castrorum scilicet Buje, Paganee, Groane, Utini, et Fazoli cum tribus miliaribus circum circa quolibet dictorum Castrorum infra limita supradictorum;

Principales, et potiores Ministeriales ejusdem Ecclesiae, eiusque Praesidentis Pastoris, et Patriarchae sunt Nobiles de Cucanea, Partistagno, et Valvasono, qui vocantur Camerarii, et tenentur custodire Cameram Patriarchalem potissime vacationis tempore cum pertinentibus ad eandem Cameram.

Nobiles de Spilimbergo, qui vocantur Pincernae, vel Caniparii et habent custodire Caniparam cum pertinentibus, ut supra.

Nobiles de Murutio, et de Arcano, qui vocantur Marscalchi et Vexilliferi Ecclesiae Aquilegiensis potissime tempore generalis Guerrae ejusdem Ecclesiae Aquilegiensis, et habent custodire stabulum Patriarchale equorum vacationis tempore, ut supra.

Nobiles de Prampergo qui vocantur Magistri Coquinae Patriarchalis et debent custodire coquinam, ut supra, et noverit Nobiles ipsi occasione ministerium, et officiorum hujusmodi plura feuda, redditus, et bona ab ipsa Aquilegiensi Ecclesia ultra eorum Fortilitia, et Castra quae jugiter possident, et tenent, prout notorium extitit de premissis

omni-

omnibus in longo retroacto tempore ipsi Nobiles habent, habuerunt custodiam, quia Camera Apostolica se de premissis vacationum temporibus intromisit.

Nobiles de Prata, et Purliliis vocantur Comites, et liberi sunt vassali supradicte Aquilegiensis Ecclesie, et Comitatus ipsorum sunt feudum Aquilegiensis Ecclesie, et sic recognoscere debent, ut inde patet per publica Instrumenta potissime de Prata et ejus Comitatu, que jam vidi, et legi.

Certi Nobiles de Castello Strasoldo, Villalta, Castellerio, et Cavoriaco olim vocantur de genere liberorum, sed quia per matrimonialem copulam nati sunt de genere ministeriali, inde ministeriales vocantur, tamen Castra, et plura alia bona recognoscunt, seu recognoscere debent in feudum ab Aquilegiensi Ecclesia supradicta, ut etiam inde Instrumenta publica apparere debent, licet antiqua eorum feuda plene in scriptis non deleverit.

Similiter quoque certi Nobiles hujus Patrie, et Ducatus Fori Julii recognoscunt, seu recognoscere debent eorum Castra, et plura feuda, et diversa bona in feudum ab eadem Ecclesia Aquilegiensi, licet in scriptis ipsa feuda, et bona investiturarum ipsorum tempore ad plenum non exhiberint tradita, aut notata ab antiquis.

Sunt et certi Nobiles vocati de genere habitatorum scilicet illi de Sancto Daniele, de Attimis Superiori, de Morizano, de Marciaco, et parte de Faganea, de Pinzano, et della Fratina, qui recognoscunt, seu recognoscere deberent Castra seu fortilitia, et plura bona ipsorum jure habitantie, seu feudi habitantie ab Ecclesia Aquilegiensi, seu ejus Patriarcha Presule, et Pastore.

In Castro Utini, in locis Sancti Viti, et aliis locis, et Methuns

Sunt

sunt certi habitatores, qui domus habitantiæ, et mansos, ac bona plurima, et diversa jura habitantiæ seu Feudi habitantiæ ab Aquilegiensi Ecclesia ejusque Antistite recognoscunt, et recognoscere debent in habitantia, seu Feudo habitantiæ.

Sed notandum quod Patriarcha quilibet tam super rectis feudis, quam etiam in Ministerialibus, et habitantiæ cæterisque bonis ad investituram suam spectantibus vigilanter et diligenter per se, et officiales suos inquirere, et diligenter providere certum est enim ex ipsis bonis, et bona plurima irrequisito Domino sunt distracta, et quoque jure proprii postposito jure Aquilegiensis Ecclesiæ ejusque Patriarchæ in præmissis alienata, et vendita, atque ad manus personarum bonorum talium non capacium in damnum non modicum, et præjudicium Sanctæ Aquilegiensis Ecclesiæ ejusque Patriarchæ, et præsulis non sine dolo facta fuerunt.

Notandum est etiam publiceque notorium, et servatum existit, quod in Civitate Aquilegiæ nec non in Terris Utini, Civitatis Austriæ Glemonæ, Venzoni, Tulmetii, Montisfalconi, Portusgruarii, Sancti Viti, Sacili, Medunæ cæterisque Patriæ locis nullus habet, vel pretendere potest in civilibus, et Criminalibus jus aliquod, nisi quantum de speciali privilegio, vel licentia, et auctoritate dominati Patriarchæ noscuntur.

Præterea notandum est, quod tam Nobiles quam alii cujuscumque conditionis, et status obtinentes Feuda ministerialia, et habitantiæ, seu alia cujuscumque conditionis bona ab Ecclesiam Aquilegiensis et non recognoscentes, seu non facientes, se investiri de ipsis Feudis, et bonis tempore debito, scilicet infra annum post adventum nostri Patriar-

che

che et Pastoris, sive postquam possidentibus extiterit quo-
modolibet novum jus quesitum eisque bonis privatis dicuntur
ipso facto, sicque sunt ipsa bona ad presidentem Patriarcham
legitime devoluta, de quibus bonis idem Patriarcha potest
ante annum, ut in aliis servatum est, pleno jure disponere,
et in alium transferre.

Elapso autem anno ipso, nisi idem Patriarcha disposuerit, ut
prefertur tunc ipsa bona Patriarchali mensę applicata
censentur. Si vero aliquis, vel aliqui ex predictis vel
aliis quibuscumque fidelibus et subiectis Patriarche, eiusque
Aquilegensis Ecclesie delinquerint debellando, seu non
obediendo Domino suo, aut aliquid contra honorem, et
statum ejusdem Domini verbo vel opere attentando
ipsi delinquentes, realiter, et personaliter, ut de lese
majestatis crimine puniantur, et sic retroactis tempo-
ribus est servatum.

Officialis Generalis gerens vicem Patriarchalem in criminali-
bus est Marescalcus, qui ad officium hujusmodi per Patri-
archam ad ejus tantum beneplacitum deputatur. Mare-
scalcus quidem ista durante officio suo ex beneplacito
Domini habet potestatem plenariam, et arbitrium cu-
stodiendi stratas hujus Patriarchalis Patrie et puniendi
crimina et delicta, et potissime in stratis, et locis ubi
officiales Domini sicut Potestates, Gastaldiones, Capitanei
non regunt, et president, si vero presidentes Officiales
in civitatibus, terris, et locis hujus Patriarchalis Pa-
trie quicumque in puniendo crimina quomodolibet de-
fecerint, sive essent quilibet negligentes vel desides tunc
ad officium ejusdem Marescalchi spectat defectus eorum

sup-

supplere hujusmodi, et criminalia ipsa exequi, servatis tamen ordinibus Patriarche, consuetis.

Officiales vero ceteri, scilicet Potestates, Capitanei, Gastaldiones in Terris et locis quibuslibet hujus Patriarchalis Patrie per Patriarcham, ut premittitur more solito deputati habent potestatem plenariam in civilibus, et criminalibus in locis dumtaxat, ubi deputati existunt ducendo homines, procedendum, et sententiam juxta Patrie morem, et consuetudinem diutinam retroactis temporibus observatam, ubi vero officiales hujusmodi vel aliqui eorum defficientes, seu negligentes forent, tunc marescalcus, sive Marescalchi, qui pro tempore fuerint defectus hujusmodi potissime in criminalibus, habet suplere, et corrigere juxta Patrie morem, ut supra est expressum. Et hec fieri solent cum consensu, et voluntate supradicti Domini Patriarche, qui potest officiales suos singulos ad libitum corrigere, et domare.

Strate publice hujus Patriarchalis Patrie potissime extra fortilitia spectant, et spectaverunt retroactis temporibus continue ad jurisdictionem, et custodiam supradicti Domini Patriarche, ejusque Marescalchi sive Marescalli Aquilegiensis Capituli sedevacante, ut notorium existit, et ad officium Marescalchi spectat punire crimina, et delicta que in dictis locis publice comittuntur.

Atque similiter, et fluvii per Patriam decurentes ad jurisdictionem Aquilegiensis Ecclesie, ejusque presulis et Pastoris seu officialium suorum cui, vel quibus specialiter comiserit pleno jure spectat, et pertinet et idem intelligi debet de nemoribus, et silvis in quibus locis

potest

potest idem Patriarcha, et Presul per se, vel alios piscari et venari facere, ut alias factum est pro suo libito volun= tatis, et inde Privilegia plena patent.

De singulari, et plenissima donatione in jurisdictione atque .... A Montibus, usque ad Mare. In aqua nullus potest edificare pontem nisi Patriarcha .... atque natisse tranceuntis per Civitatem Aquilegiensem, que inferius Anphora nomina= tur patent publica, et authentica Privilegia Imperialia a me visa et lecta.

De Terra insuper intra Plavem et Liquentiam existente sancte Aquilegiensis Ecclesie, et Patriarche ejusdem pleno jure do= nata, et concessa patent Privilegia similiter in plena forma.

De Castro quoque Montis silicis cum pertinentiis, et jurisdi= ctionibus quibuscumque ad ipsum Castrum spectantibus ap= parent Privilegia Regalia, sive Imperialia publica, et authentica a me visa, et lecta.

Marchionatus Istrie, et tota Istria obedire consuevit, et obe= divit ex Privilegiis pleno jure concessis sancte Aquilegiensis Ecclesie Patriarchis, et Presulibus qui fuerunt pro tempore, sed Veneti jure suo, et potentiam pluribus retroactis tempo= ribus occupaverunt, et occupant plures Civitates Terras et loca Marchionatus predicti scilicet Polam, Justinopolim, Parentium, Emoniam, plenam Montaneam, pluraque alia Castra et bona in ipso Marchionatu existentia solvendo tamen annuatim parvum et levem censum ipsi Patriarche et Pastori pro regalibus, juribus, et jurisdictionibus Civitatum, Terrarum, et locorum predictorum.

XVI.

Notandum est etiam, quod juxta sententiam arbitrariam alias per Dominum Comitem Sabaudiæ M°CCC°LXX. super differentiis vertentibus inter D. D. Regem Ungariæ Januenses, Dominium Paduæ, et Aquilegensem Ecclesiam ex parte una, et Venetos ex altera Dominus summus Pontifex præsens, vel qui pro tempore fuerit habet potestatem, et auctoritatem plenariam sententiandi, diffiniendi, et declarandi et determinandi super omnibus, et singulis Civitatibus Terris, et locis per supradictos Venetos, ut præmittitur occupatis, et super juribus ipsarum. Civitas Tergesti cum auxilio, et favore Januensium extitit nuper sicut in M°CCC·LXXX. per bonæ memoriæ Domini Marquardi Patriarchæ Aquilegiensis acquisita, et de manibus Venetorum illam occupantium recempta cum Castris de Mucha, et Muchulano, ipsique Patriarchæ per se, et successoribus suis ac vice, et nomine suo, et Aquilegiensis Ecclesiæ per Cives dictæ Civitatis præstitum extitit obedientiæ, et fidelitatis plenæ, et perpetuo debitum juramentum, atque idem Patriarcha, et successores sui perpetuo in ipsis Civitatibus et Castris ipsis providere poterat, et debent de Capitaneis, et Rectoribus pro suæ libito voluntatis ipsorum tamen Civium sumptibus, et præter hoc tenebantur ipsi Cives eidem Patriarchæ, successoribusque suis de certis censibus annis singulis respondere.

Dominus Dogmus de Castello, seu illi de Domo sua nomine pignoris tenent Castrum Petræ Pilosæ ad mensam Patriarchalem spectans, et ultra hoc per violentiam, et de facto pluribus retroactis temporibus occupavit, et occupat Marchionatum prædictum cum juribus, et jurisdictionibus,

et

et omnibus pertinentiis suis in quo Marchionatu ultra
occupata per Venetos, ut superius notatum est adhuc extabant
et extant Castra VIII Aquilegiensis Ecclesiae, et Patriar-
chis qui fuerunt pro tempore obedientiam debitam et
plenam prestantia, scilicet Castra de Bulleis, Portulis,
Pinguento, Albona, Flavona, Cosliaco, Roccio, et duo-
bus Castris.

Terra Mugle cum omnibus juribus, et jurisdictionibus ac pertinentiis suis spectat, et pertinet ad Aquilegiensem Ecclesiam, ejusque Patriarcham, et presulem, ubi idem Patriarcha habet, et potest pro voluntate sua, et Po-
testate, sive Capitaneo, et Rectore providere tam vir-
tute Privilegii, et Regalis antiquitatis ipsi Aquilegien-
sis Ecclesiae specialiter concessi, prout in Registris
Privilegiorum Capituli ejusdem Ecclesiae vidi et legi
quod et virtute pactorum ultimae contractorum inter
bonae memoriae Domini Marquardi Patriarchae, et Cives
et Incolas Terrae supradictae, et praeter hoc praedicti
de Mugla ultra annuali pensione solvere tenentur
pro regalibus, et decimis vinum, et oleum consuetum,
nec non certam pecuniae quantitatem virtute ipsorum
Pactorum de quibus apparere debeat instrumentum
publicum manu quondam Siccelutini Zurloni de Utino
jure Patriarchalis Notarii MCCCLXXX vel circa.

... et Marchia sunt plura Castra, et
Jn partibus Carniolae ... ad Patriarchalem Mensam scilicet
bona spectantia ... cum ipsorum per-
Castrum de Cosmisgratz, ... per Comites Eccle-
tinentiis, quae nunc occupantur per Comites ...

sie,

siq, et de Cirlum Gurtla credo tamen quod isti Comi-
tes certos investituros habent tacita veritate subtentos.
Castrum quoque vindis-gratz cum muris, omnibusque perti-
nentiis suis olim fuit de Patrimonio felicissimæ memo-
riæ Domini Patriarchæ Bertoldi, et idem Patriarcha illud,
et alia bona jurisdictiones, et jura concessit perpetuo,
et donavit sanctæ Aquilegiensis Ecclesiæ ejusque Pa-
triarchis. sed nunc occupantur per Duces Austriæ, in
eisdem partibus sunt vassalli multiplices et diversi
recognoscentes diversa feuda a dicta Aquilegien-
sis Ecclesia, et Patriarchis qui fuerunt pro tempo-
re recipientes in forma debita investituras ipsorum
prout apparere vidi per autenticea Patriarchia, et
publica documenta, ego quoque in . . . .
eadem scripsi.
Patriarcha quilibet debet, et tenetur Regalias et Tempo-
ralia sua ab Imperatore recognoscere, et de illis
investituram recipere, et hoc potissime quando Im-
perator in partibus Italiæ exsistit, alibi non tenetur
ut ex speciali privilegio imperiali constare vidi.
Dominus Rex Bavaria ~~tenetur~~ tenetur ex debito redimere Patri-
archam Aquilegiensem, si forte ab aliquo caperetur,
et ob quod idem Rex tanquam vassallus obtinet bona
plurima ab Ecclesia supradicta.
Domini Duces Austriæ etiam sunt vasalli Ecclesiæ supra-
dictæ Aquilegiensis, ejusque Patriarchæ et Pastoris, et obtinet
plura, et diversa bona, et feuda a dicta Ecclesia in par-
tibus Carinthiæ, et alibi, quæ recognoscere debent et olim
a Patriarchis qui pro tempore fuerint, quæ recognosce-
re

re, et se de illis investiri facere tenebantur prout alios fecerunt.

Insuper ille Dominus de Duino debebat, et debuit recognoscere more Progenitorum suorum castra Duini, Prebum (sic) Sosesbuch cum pertinentiis eorum juxta antiquarum scripturarum tenorem quas ego vidi, et legi.

Ceterum notandum est, quod tempore bonæ memoriæ Ottoboni Patriarchæ, vel circa depositata, sive pignorata fuerunt penes quemdam de Societate Caponorum de Florentia certa Imperialia, et Regalia optima Privilegia continentia donationes Forijulii, aliorumque Locorum, et Terrarum ad supradictam Ecclesiam Aquilegiensem spectantium, quorum Privilegiorum major pars erat Bullis aureis bullata, prout vidi contineri publico Documento manu quondam Domini Meliorantiæ Cancellarii Utini tunc Patriarchalis Notarii scripto, et apparere debent, et sunt Privilegia clara, et authentica Imperialia de confirmationibus Privilegiorum, donationum, et jurisdictionum ipsi Ecclesiæ Aquilegiensi olim per quoscumque Imperatores, Reges, et Dominos quomodolibet concessorum.

In Christi Nomine Amen

Infrascripti sunt introitus ad Aquilegiensem Patriarchalem mensam spectantibus per me Odoricum de Utino Patriarchalem Cancellarium juxta parvæ capacitatis meæ memoriam fideliter notati, et descripti, nec non Capitaneatus, Gastaldiæ, ceteraque dictæ Mensæ officia, et pro quanto pretio annuatim communiter vendi solent, seu solebant salvo pluri, et minori juxta temporum dispositionem prosperam, et adversam.

Quæ

Quædam loca Fabriç numeranda sunt.

Primo namque Capitaneatus Cadubrii cum juribus, et jurisdictionibus suis, ubi sunt duo Castra scilicet Plebis et Butistagni ultra custodias ipsorum Castrorum, quas Capitaneus ibidem deputatus propriis sumptibus facere tenetur, et debet vendi, et solent annuatim pro Libris Parvorum trecentis, et ultra.

Gastaldia Carneę, ubi sunt duo Castra scilicet Ristmechi et Castri Moscardi, quę custodiri debent expensis Gastaldionis ibidem, ut supra, vendi solet annuatim communiter pro Marchis quidem VIII. et ultra.

Capitaneatus Terrę Venzoni cum jurisdictionibus suis alias concessus est gratis, et parum valet.

Capitaneatus Terrę Glemonę valet marcas denariorum LXXX. et ultra, et Capitaneus deputatus tenetur propriis sumptibus custodire Castrum ibidem, et Gastaldia pertinet.

Gastaldia Boję, ubi est castrum custodiendum, ut supra, solebat vendi pro Marchis denariorum VII.

Gastaldia S. Danielis pro Marchis Denariorum XII.

Gastaldia Faganeę pro Marchis Denariorum XXIIII.

Gastaldia Tricesimi ubi est unum Castrum custodiendum sumptibus Officialis ibidem, ut supra, vendi solebat annuatim pro Marchis Denariorum LX. et ultra.

Capitaneatus Utini cum Garrito, juribus et jurisdictionibus, ut supra vendi solebat pro Marchis Denariorum L et ultra

Gastaldia Civitatis Austriç pro Marchis Denariorum XX et ultra

Gastaldia Antri pro Marchis Denariorum II. et ultra

Gastaldia Manzani pro Marchis Denariorum XI.

Muta Utini pro Marchis denariorum L. et ultra.

Muta

Muta Civitatis Austriae pro Marchis Denariorum LX et ultra
Muta selvae, quae nunc exigitur in Venzono vendi solebat annuatim, ut supra, pro Ducatis Auri CCC: vel circa.
Capitaneatus Montis Falconi, ubi est unum Castrum, sive Rocca in Monte custodiendum, ut supra solet vendi cum juribus, et jurisdictionibus pro Marchis Denariorum LXX ultra
Muta Montis Falconi pro Marchis Denariorum CCC.
Muta Aquilegiae pro Marchis Denariorum VII. sed his elapsis temporibus modicum valuit, et valet propter Bellum, et pro Dacio Aquilegiae solebat solvi per Communitatem Aquilegiae annis singulis Marchae Denariorum XL. medietas scilicet in Festo Nativitatis Domini et reliqua medietas in Festo Beatissimi Hermacorae.
Gastaldio Ageli pro Marchis Denariorum XXIIII vel circa
Gastaldia Marani pro Marchis Denariorum LXXIIII vel circa
Gastaldia Caresati (sic) et Fobazzoli pro Marchis Denariorum XIII vel circa
Gastaldia Mossae pro Marchis Denariorum XXVIII et ultra
Gastaldia Nebulae pro Marchis Denariorum III.
Gastaldia S. Viti pro Marchis Denariorum C. et ultra
Capitaneatus Terrae Portus Gruarii cum Garritu, et jurisdictione nec non cum medietate Datii ejusdem Terrae, vendi solet pro modico, quia major pars expenditur pro custodia Castri ibidem, tamen ibidem percipi possunt, et percepti sunt ultra omnes expensas Ducatis L. et ultra
Gastaldia Methune, ubi est unum Castrum custodiendum, ut supra, vendi solet annuatim pro Marchis denariorum C. vel circa
Gastaldia sive Capitaneatus Sancti Steni, ubi est unum Castrum sive fortis Turris custodiendum, ut supra pro Marchis Denariorum C. vel circa.

Gast.

Gastaldia Turris cum Castri custodia juribus, et jurisdictionibus pro Marchis Denariorum XXIII. et ultra

Gastaldia Avriani pro Marchis Denariorum XIII. vel circa

Gastaldia Morsiaci modicum valet, et pluribus retroactis temporibus non fuit vendita, quia Nobiles de Morsiaco pro eorum fidelibus impensis servitiis illam ad quod fuit pro tempore beneplacitum habuerunt.

Capitaneatus Sacilli, ubi est unum Castrum custodiendum, et supra, tam Gastaldia Caniae, et Cavolani pro Marchis denariorum C. vel circa.

Marchionatus Istriae pro libris parvorum M.C.

Castrum Petre Pilosae in Istria habetur, sive possidetur Pignoris tantum nomine sub certis pactis per Dominum Pogunti de Castello, et spectat ad Patriarchalem mensam ut supra

Terra Muglae debet annuatim regalia, et decimam vini, et olei, et Dominus Patriarcha solet idem de Potestate, et rectore ad voluntatis suae libitum providere tam ex Privilegio Antiquo quam etiam virtute pactorum inter bonae memoriae Domini Marquardi Patriarchae Aquilegiensis ultimo contractorum, et sunt Vini urnae .... olei urnae .... et insuper virtute dictorum pactorum factorum manu quondam Magistri Colussii Zerbini tunc Patriarchalis Notarii tenentur ipsi de Mugla certas pecunias Domino Patriarchae annuatim persolvere pro officiis supradictis

Civitas Tergesti aquisita, et redempta per Dominum Marquardum de manibus Venetorum illam occupantium debet ex pacto, et conventione ultra debitam

fidelitatem, et obedientiam per Cives ibidem in manibus ipsius Patriarchae eorum Sacramento prestito annuatim persolvere Patriarchali Mensae Vini Ribolii urnas centum et Marchas Denariorum Centum, et preter hoc Dominus Patriarcha qui fuerit pro tempore habet pro voluntatis suae arbitrio ibidem providere de Capitaneo, et Rectore prout de predictis et conventionibus hujusmodi apparere debet per instrumenta publica in manu Jacobi de Jagedo? tunc Patriarchalis Notarius.

Canipa Patriarchalis Utini, Civitatis Austriae, et Aquilejae percipiunt annuatim magnos et multos census in bladis, vino, pecuniis et rebus aliis prout in libris Canipario-rum qui fuerunt pro tempore plane constat, sed specialiter Canipa Utini est prae caeteris Canipis in premissis omnibus opulenta, et consuevit Patriarcha, qui fuerit pro tempore commorari Utinensis pro majori parte anni cujuslibet expensas facere opportunas.

Census annuatim per Venetos debiti occasione Juoium, et jurisdictionem Istriae quas tenent ascendunt ad Ducatos $\frac{m}{II}$ vel circa

Gratia vini de Istria, vel Datium, quod extimatur in grado asceadit ad rationem medie Marchiae Denariorum pro Anphora ad illam summam de qua fit estimatio, et Vinum quod debet extirari, si Ducatos ad ipsam extimationem capit Anphoras mille, et centum vel ab idem ^{inde} infra.

Capitaneatus S. Pauli in partibus Taurisini ubi est

unum castrum custodiendum, et signa, cum juribus et jurisdictionibus suis solebat vendi annuatim pro ducatis C. et ultra

Nota quod ultra prędicta cetera pecuniarum condemnationis juxta Patrię morem, et per sententiam Patriarchali Camerę applicantur.

[illegible]

[illegible] nostro Archivio

[illegible] 1822

[illegible]

1383 30. aprile Il Comune di Cividale a Francesco Carrara sulle tregue con Udine, sull'includervi i partigiani loro; segli indizj di poca durata.
Arch. Mss. Justi Fontanini Tom. 13 pag. 34.

Humili recommendatione praemissa Magnifice et Excelse dñe noster singularissime. Noveritis nos die externa Vestrae Excelsitudinis literas recepisse in facto sacramenti praestandi dño Patriarchae Jerusalem etc. per nos plenius intellectas. Unde Magnificae Dominationi Vestrae, quantum possumus, regratiamur de vestro salubri consilio nobis dato. Verum sicut alias scripsimus, die XXIII hujus mensis juravimus Revmo dño J. Patriarchae Jerusalem dn. praedicto sub forma praesentibus interclusa. Ceterum notificamus ~~Certum nobis fa~~cimus vobis, quod die XXIII circa meridiem Utinum equitavit dictus dnus Patriarcha pro bono agendorum, nosque sic ex-

rer

terna requisierit super prorogatione tre=
guarum in forma propria usque ad di:
em dominicam proxime venturam inclu
sive ad quam nullo modo dispositi fui:
mus, nisi generaliter fieret, includen=
do Savorgnano, sanctum Vitum, Portum gru:
arium. Cui statim misimus Utinum ad
dictum dnum Patriarcham Venerabilem Vi:
rum dnum Johannem Decanum Civitaten=
sem, et dnum Petrum Capellanum ipsius
dni Patriarchae Jerusalem ad instan.
tiam, seu ipsum dnum Patriarcham tot
to posse, ut si treguam aliquam fa:
ceret velit, faciat eam generaliter.
inclundendo Savorgnanum Cui praeautem dnus
Patriarcha juxta relationem dictorum dnos

rum Decani et Petri se multipliciter ex=
cusat asserendo se nulló modo hoc posse ob=
tinere a parte adversa. rogans hortansque
nos instantissime, quod pro istis nequi=
tiis ad prorogationem hujusmodi treuga=
rum condescendere debeamus pro bono a=
gendorum, dans bonam spem nobis in facto
principali si condescendamus. Unde finaliter
licet invitissime et male libenter condescen=
dimus voluntati ipsius dñi Patriarchae pro
ista vice confidentes in verbis ipsius dñi
Patriarchae, et ne pro ita modico osten
deremus inobedientiam de qua aemuli no=
stri non parum gloriarentur, sicque ho=
die circa horam Tertiam prorogatio hu=
jusmodi hic publice proclamata est,

quae

quae heri proclamata fuit in Utino hora xx. Dispositi tamen sumus deinceps nullo modo condescendere ad huiusmodi treguam sub illa forma, et hoc expresse indicavimus ipsi domino Patriarchae, nisi tamen Rmus dnus noster Cardinalis Patriarcha vel Dominatio vestra aliud nobis iniungeret faciendum. Super facto autem criminalium, quae Utinenses conqueruntur et dicunt nos administrare illis de Savorgnano, non est opus aliquid scribere. Verum Magnifice dnc noster, quia nondum videmus aliquam conclusionem in factis Patriarchae et vestris, non obstantibus huiusmodi treguis talibus qualibus,

:et

et obedientia parata tam per nos quam per Athinenses Dominationi Vestrae humiliter supplicamus quatenus gentes vestras equestres, et pedites hic existentes nullatenus, removere velitis usque ad completam pacem, quemadmodum de Magnificentia Vestra plenissime confidimus, et speramus. Si enim aemuli nostri viderent nos gentibus hujusmodi destitutos, considerata prava intentione ipsorum atque potentia, periculum nobis non modicum immineret. Quicquid etiam ulterius habemus sine mora significare curabimus Magnificentiae Vestrae, quam feliciter conservet Altissimus per tempora longiora.

Dat.° in Civitate Austriae die ultimo mensis Aprilis Indictio- ne Nona

Vestri, Iohannes de l'Alentia

Castaldio Provisore, omnium

et Comune Civitatis Austrie

Terzo

Magnifico et Excelso Domino Domino Francisco de Carraria

Paduae Tarvisii etc. Domino generali eorum Domino

singularissimo

Da Volumi di documenti rac- colti dal qm. Monsignor Florio di Udine nell'Archivio del Capitolo d'Aqui- leia, i quali non hanno titolo ne nume- razio di Volumi o di pagine ed esisto- no nella Biblioteca del Sig. Conte Filippo di lui nipote

C. Frangipane

1386 Istruzione date dal Comune di Cividale a Rodolfo suo 232. 1
Sorrello nuncio sul modo e condizioni di trattar la tregua con Udine.

Da un protocollo in foglio notaro Aricuccio di Rivignano che si conserva nell'Archivio vecchio del collegio de Spettabili Signori Notari.

1386

Procuranda per Dominum Rodulphum.

Primo quod pro salute Patrie universali procuret, et operari satagat ut treuge generales fiant in Patria, inclusis locis omnibus que Magnificus et Excelsus Dominus Noster Dominus Franciscus de Carraria Padua et tenet in Patria Fori Julij.

Quando autem modo premisso fieri non possent dicte treuge procuret ipse Dominus Rodulphus ut treuge fiant pro Civitatensibus et eorum locis inclusis, in eis Savorgnanum et Egregio viro Rizardo de Valuesono, et aliis nobilibus adherentibus suprascripto Domino nostro existentibus citra Tulmentum.

Quando autem neutro dictorum modorum dicte treuge haberi poterit hec ex resistentia pertinaci Utinensium, acceptentur treuge pro Civitatensibus et locis suis, ac omnibus aliis locis que pervenirent ad manus Dominis Marescalli et Ecclesie Aquilegensis

Resistentia virilis ad salvandam nostram salutem.

Imprimis quod nisi aliud non appareret quam perseverantio treguarum docet nos vitare destructionem nostram finalem, nam cognoscitur propter parte vestra, quod si Treguarum destructiones nostre precederent quod absit a seculo duo pexima (sic) sequerentur immediate, et sine mora quod via agendi ad restitutionem

bono-

bonorum Ecclesie usurpatorum de facto et per violentiam, esset perclausa, quia excluderentur omnes tractatus hujus restitutionis et pacis, qui jam per gratiam Dei in votiva conclusione nostra sunt in procinctu.

Aliud quod a sua dulcissima inclyti Dominii venetorum subventione illico separarent, que post supernam gratiam nos salvavit et a doloroso tirannice servitutis jugo, et prospere liberavit. Et hec duo funditus heu nos ad submersionem deducerent irrecuperabiliter et Reverendo Domino Nostro dignissimo Patriarche inducerent laboriosa dispendia ad recendicationem predictorum, et forte antequam subventionem haberemus ab ipso benignissimo Domino nostro totaliter essemus destructi. Ratio quia nobis non addessent spes neque deffensio. Et omnia tam terribilia previdemus sicut ipse Dominus Paduanus; ideo amplius de tali materia non attentet verbum, quam ut supra sumus jam provisi et deffensati, ita quod ejus astucie hic locum non habet gratia suffragante divina.

Ad secundum dicitur incipiende quando et &c.
quod adhuc deteriora dampnabile et &c.

Nam per Civitatenses treuge fieri non possunt eo quia sunt subjecti Ecclesie Aquilegensi et ejus preconcto dignissimo Pastori. Unde inter Dominum et subjectum astrictum ~~sibi subjecte~~ ipsi Domino suo de fidelitate et obbedientia debita nulle cadunt treugue; ergo si fierent quod absit turbarent fidelitatem et obbedientiam, et tollerent debitas ipsi Reverendo Patri Domino nostro, et hec contra Civitatenses inducerent ad rebellionem, et ceteros alios nominatos in specie et in genere

citra

citra Tulmentum ut loquitur et hic ostenditur clarissima ratione quod Ci=
vitatenses loca aliqua non habent, nam Tulminum et Sophumbergum
cum suis juribus sunt recte de mensa Patriarchali; ergo sequeretur
clare quod Dominus loca sua, et suas jurisdictiones et Regalia sua
Imperialia poneret secum in Treguis ubi debet ipsi dominari,
quia subjecta sunt sibi et Ecclesie sue auctoritatibus universalis Eccle=
sie sancte Dey, et Imperij in temporalibus et spiritualibus secundum
laudabiles consuetudines Patrie Fori julij sibi subjecte. et monaste=
rium sacrum et devotum, quod est ut supra auctoritatibus Abbatis
ejusdem immediate subjectum ipsi Ecclesie Aquilegensis, ex quo deven=
tur officia divina, et elemosine quod Civitatenses tenent in spe=
lunca latronum, et sibi fiunt sanguinis effusiones, et humanitatis
cruciamenta sevissima

Tertio quod incipit: Quando et &c. similiter adhuc deteriora impossi=
bilia et vanissima. Nam Civitatenses nullum locum habent, sed
tenent illa que sunt de mensa ut supra, nec possunt habere Tre=
guas cum Domino suo, sed tenentur de obedientia et fidelitate li=
beralibus quemadmodum ceteris subjecti sui et &c. Ad aliam par=
tem in qua loquitur de omnibus alijs locis, que pervenirent ad
manus Domini Maressalchi et &c. De quibus advertendum est,
et inspiciendum ad consequentia si est vanissima e quodammodo ina=
udita: quam ubi Dominus Maressalcus prudens, egregius et fidelis debet
et tenetur ponere omnia loca sibi pervenientia hactenus et novis=
sime tam usurpata per violentiam et de facto in numero et con=
sortio aliorum Ecclesie fidelium, et subditorum, et ad gremium

nomine

nomine Domini nostri gratiose recipere, et eos benigne tractare, versaque vice oporteret ipsum Dominum Maresalcum ipsos inimicare, et cum eis in Treguis stare quod est impossibile quod ista duo possent stare scilicet obedientia et fidelitas simul cum Treguis.

Ceterum ad ea que offert se tenere locha que sunt Ecclesie, ac pro majori parte de mensa Patriarchali, et alia subditorum Ecclesie Aquilegensis, et pro eis respondere in hijs que debentur. Reverendo Patri et Domino nostro, et Ecclesie sue Aquilegensi. Dicitur quod hec omnia sunt vana, vacua, importabilia, impossibilia et incomportabilia, quia nulla tergiversatione possunt attentari, nec aliqua penitus pars ipsorum. Nam aliquo titulo, modo, vel forma, aut respectu separari a corpore, nam incorporata fuerunt indissolubili separatione tempore fundationis ejusdem Ecclesie, que fuit eo tempore quo dulcissimus Redemptor suam tulit passionem pro redemptione humani generis. Et sic a dicto tempore citra ipsa navicula beate virginis gloriosissime immaculata sustinuit et portavit usque ad tempus presens, quo ipsa fuit per eundem Dominum Paduanum, et gentes suas, et Civitatenses turpissime et crudelissime violata, sanctuaria exportata monumentis apertis sepulture fatentur derobata Heucarestia vilissime tractando calices de manibus sacerdotum, quibus illa sacrosanctissima sacramenta missarum celebrabantur eruipantes, et arma sacerdotum, et Altariorum expoliando, et sacerdotes capiendo et crudeliter personas eorum tractando, et pecunias eorum accipiendo, nec non turpia cum mulieribus in eadem ecclesia

sia comittendo que venerant ad indulgentiam more solito ad eandem Ecclesiam; ac Nobiles Dominos secum ducendo turpiter et ec. et alia que non possunt dici, nec narari ac si fuissent infideles talia enormia non comisissent.

Item non possunt cadere in manibus forensis, et specialiter potentis dicta bona ecclesia usurpata.

Item nec aliquis qui non sit subditus vassallus et Fidelis dicte ecclesie obtinere bona predicta, vel partem eorum.

Item quod si aliquis forensis volet intrare consortium fidelium dicte Ecclesie oporteret ~~poterat~~ eum cum domicilio suo, habitare in Patria, et jurisdictio et superioritas ac dominium apprenderet eum quemadmodum, et alios subditos dicte ecclesie.

Item quod ita et taliter quod in Civilibus et Criminalibus et contra personas, et bona possent procedi per ipsum Dominum Pastoram nostrum et officiales suos secundum consuetudines, et jura ipsius Domini nostri et Patrie laudabilia nec non facere justitie complementum in foro suo Jurlano in bonis stabilibus et mobilibus unicuique petenti, ut moris est in Patria.

Ad laudem Altissimi, et gloriosissime eius Genetricis, ut eorum benignissima gratia et favore auxilioque convictus apponatur; et guerra, et dissentia totaliter remmoveantur inter nos omnes inclusos in felici unione nostra et Civitatenses cum Dominio Rosacijs et Sophimberga hujusmodi modi infrascripti videntur concurrere in agendis salvis semper superiorum, et aliosum ec. melio.

melioribus opinionibus et voluntatibus inexponendis et &c.

Primo namque per superiorem videlicet venerabilem ...... obtinentem generalem, et plenissimam auctoritatem in spiritualibus, et temporalibus et alijs quibuscumque a Reverendo Domino nostro Domino Johanne Patriarcha Aquilegensi dignissimo requirantur debito modo Civitatenses cum predictis tribus locis universalibus et populis earumdem quod debitam legalem, et fidelem eidem Domino vicario seu habente dictam plenam auctoritatem recipienti nomine dicti Domini nostri obedientiam ut tenentur et debent tamquam subiecti Sancte Ecclesie Aquilegensis matris sue et inveniant gratiam benevolentiam, et gratiosam ejusdem Domini nostri, ut plene nominentur et sint in consortio et numero omnium fidelium, et subditorum ejusdem Domini, scientes quod jam debitam fidelem et puram omnes clerici, Nobiles et Communitates reverenter ut decet videlicet omnes qui fuerunt, et sunt in obedientia Reverendi Patris Domini Jerosolimitani Vicarij, et Nuncij Sanctissimi Domini nostri Urbani Pape VI. atque nomine ipsius, et sedis ejus Apostolice representantis, et recipientis et &c. Per eorum speciales nuntios sindicos, et Procuratores prestiterint in Moravia et &c.

Item quod in casu quo prestaverint predicti hujusmodi obedientiam ut verisimiliter creditur quod facient, et non recusabunt. Tunc eidem subsequenter det et constituat sine aliquali dilatione virum utique bonum discretum, et fidelem, et modo in hoc principio eisdem Civitatensibus cum dictis tribus locis supra

decla.

declaratis gratum, et placibilem.

Item quod similiter tunc immediate sequentur ipsis de Civitate per eundem supradictum dominum habentem auctoritatem &c. requisitiones et fient debite, et convenienti modo cum humilitatem mandata infrascripta hactenus.

Primo enim quod per prestitam obbedientiam si videtur bonum esse et utile quod omnes in universitate, et populo inclusi dicti Civitati jurent dictam fidelem obbedientiam seu quam assignandi eis quod illud idem, et simile fiet per supradictos nominatos, qui per sindicos eorum prestiterint obbedientiam ut supra.

Item quod per obbedientiam sicut supra factam cum illa solemnitatis sacramenti popularis sive non requirantur predicti Civitatenses quod omnes indifferenter licencient gentes domini Padue de Civitate Austrie, et ab Abbatia Rosacensi, Julmino et Sophumbergo si que sunt et &c. tam officiales stipendiarii pedestres et equestres, et aliquovis modo qui fuerunt vel sunt in Cividato, vel locis predictis aut aliquo ipsorum cujuscumque conditionis existant. et quod quoque ad excusationem omnimodam predictorum Civitatensium fiant mandata stricta cum pena, et penis quod hec omnia observare debeant et &c.

Item de cetero sub gravissimis penis injungatur eisdem Civitatensibus quod aliquem subditum servitorem nuncium familiarem stipendiarium pedester vel equester, nec aliquem alium ipsius domini Padue, nec de suis audeant, vel presumant recipere vel retinere in terra Cividati, nec locis predictis, palam occulte neque alio aliquo modo

preter

preter voluntatem vel licentiam dicti domini obtinentis auctoritatem ut supra vel alicuius alij officialis seu Rectoris in Patria Fori julij dicti domini nostri Patriarche expressam et constantem et &c.

Item quod predicti Civitatenses de cetero similiter non audeant, vel presumant aliqualiter sive per viam venditionis vel restitutionis si mutuum iam accomodatum hactenus, si processisset, neque per viam donationis, nec per aliquem alium modum directe, vel indirecte palam, vel occulte gentibus domini Padue predicti in locis de Savorgnano ne aliquibus alijs que ipse dominus Paduanus de facto tenet in Patria Fori julij citra et ultra Tulmentum, que omnia loca que tenet sunt propria Ecclesie Aquilegensis et subditorum victualia, alimenta, auxilium favorem, nec consilium, nec aliquod subsidium directe vel indirecte ut supra: Neque eidem domino Padue servitoribus suis sequacibus fauctoribus nec complicibus eiusdem prestent seu dent.

Item quod de cetero dicti Civitatenses cum dictis tribus locis non obstantibus aliquibus liga obligatione pactis vel conventionibus quibuscumque que quomodolibet facta sunt, seu sint cum eodem domino Padue de quibus ad presens quod sive durare debeant, et stare sive non nichil ad presens de ipsis dicitur et &c. gerant et portent fidelem caritativam dilectionem et amorem supradictis tam Clericis, Nobilibus et Comunitatibus qui iam fecerunt debitam et fidelem ut supra obbedientiam supradicto domino nostro Patriarche universali, ut cum benedictione et gratia suffragante Redemptoris nostri sit adhuc et in brevi in Patria Fori julij talis et tanta dispositio benedicta, unus Pastor et unum Ovile.

Ceterum quod supradicti constituti in dicta felici obbedientia domi-

ni

ni nostri versaque vice gerant et portent fidelem et caritativum amo-
rem; et benevolentiam predictis Civitatensibus et omnibus de Tulmino,
et de Rosacis, cujus Abbatia erit in proprio statu et reducta ad
colendum Deum beatumque divinum officium ad cellebrandum, et
cum illis de Sophumbergo ita quod amodo omnis guerra et dissensio
remaneant abolite, et extincte, et loco ipsorum caritas et amor

Item quod predicti Civitatenses cum Tulmino et Rosaciis et Sophumbergo
jam reducti ut supra sint amodo securi in bonis et personis firmiter
et pure in bonoque amore, et benevolentia serenissimae et inclite
Venetorum Ducalis Dominationis et omnibus eorum sequacibus
in Patria Fori julij stipendiariis gentibus et aliis ipsorum compli-
cibus et fautoribus quibuscumque et de his fiant predicti Civitaten-
ses cum dictis tribus locis clari et bene securi si fiant obbedien-
tia, et observationes ut supra per eosdem et c. Quam dicta in-
clita Dominatio nil aliud concupivit et desiderat videre Patriam
Fori julii stantem reductam, et in proprio statu vigentem.

Insuper quod si, quod Deus advertat predicti Civitatenses supradicta in
ut supra non faciant, et recusabunt facere tunc ipse Venerabilis
pater sua auctoritate plenaria quam obtinet ut dictum est pro-
cedere dignetur graviter contra eos spiritualiter et temporali-
ter donec ad gremium ipsius Domini nostri, et Ecclesie sue
Aquilegensis obbediendiam debitam feliciter et triumphanter redu-
ducentur prout erit gratia Omnipotentis largientis.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale

intitolati = Utinum Forojuliense = Tomo xxviii. pagina 292
esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale
del Friuli ...

Cas.° di Porpetto 16. agosto 1817. Frangipane

64.
inferiore

che

frigesi

Rizardo
Padue
refati

inquagin

Betto
de Pava

verò

[illegible] Castello [illegible]

1387. 10 febb.° Pietro Bello di Portogallo riceve da Rizzardo di Camino 204.
le paghe dovute dal Carrara per le Truppe e gli vende Atemo inferiore

1387 | Annal. T. I. pag. 247.

Ex Authographo inter MS. Codices Bibliothecae Con-
tariniana.

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis Domini Millesimo trigesi-
mo octuagesimo septimo, Indictione decima, die vero Dominico de-
cimo mensis Februarii. In Atimo inferiori presentibus Nobilibus
viris ser Duratio quondam ... de dicto loco Atimi Andrea de
Marostiga quondam ... Jamino de Burgo Sancti Domini, Petro
Paulo de Parma, et aliis: Ibique providus vir Petrus Bellus de
Purtugallo nomine suo, et nomine sociorum suorum contentus et
confessus fuit se habuisse, et recepisse a Nobili viro Rizardo
de Camino Superiori officiali magnifici et excelsi Domini Padue
Trevisii et Domini Generalis dante et solvente nomine prefati
Magnifici Domini Padue ducatos quadringentos septuaginta tres
boni auri, et justi ponderis, et libras quadragentas et quinquagin-
ta in Cararensibus, de quibus quidem ducatis dicto Petro Bello
promissi fuerunt Padue ducati ducenti, et per Brunetum de Par-
ma capitaneum in Savorgnano ducati centum, et quos dictus Petrus
Bellus voluit omnino habere, et habuit pro una parte unius
solutionis pro uno Terone Domini de Verona sibi accepto in
die conflictus, seu in die qua conflicte fuerunt gentes sue pro-
pe Paduam ducatos centum septuaginta tres. Quantitas vero
pecuniarum in moneta voluit habere et habuit pro pagis suis,

et

et suorum sociorum; pro quibus quidem quantitatibus pecunia-
rum tam in auro, quam in moneta, dictus Petrus bellus nomine
suo et nomine sociorum suorum tradidit et consignavit sive ven-
didit locum et Fortilitium Castri Utini inferioris cum omni-
bus bonis intra existentibus, dicto Nobili Ser Rizardo de [illegible]
mino recipienti nomine et vice prefati Magnifici Domini
Padue, ut supra; de quibus quidem quantitatibus pecuniarum
dictus Petrus Bellus nomine suo et nomine suorum sociorum
facit finem remissionem quietationem dicto Ser Rizardo ut su-
pra nomine Magnifici Domini ut supra, de ulterius non pe-
tendo cum obbligatione omnium suorum bonorum.

Et Ego Anthonius de Padua quondam guidonis de Bri-
girolis de Regio Imperiali auctoritate notarius non
interfui presens sed ab ambabus partibus rogatus
audito a suprascriptis testibus, quod sic est, rogatus
bona fide scripsi nostrisque nomine, et signo consueto
in similibus roboravi

Ex Authographo asservato in Tabulario magnifice
Civitatis Utini.

Sic N. D. C. Fabricius

Da Manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale
intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVII. pag.
437 - esistenti presso il Nob.e Sig.re Agostino de Portis
di Cividale del Friuli.

Cas.o di Coppetto 31. marzo 1818 Frangipane

1387 · 21 · Febbrajo · il Doge Venerio raccomanda a Doimo di Castello un 203.
frate svaligiato dai Sudditi suddetti di Carlino.

Antonius Venerio Dei gratia Dux Venetiarum etc.

Egregio et Nobili viro, Duymo de Castello Amico di-
lecto, salutem et sincere dilectionis affectum, Pro
parte fratris Guilielmi procuratoris Monasterii
Sancti Anthonii de Veneciis, Nobis est expositum
cum querela Quod diebus proxime ipse veniret de
Utino Venetiis quando fuit inter villam vestram
Carlini et Maranum, quidam Rustici dicte ville,
ipsum aggressi fuerunt verberantes et vulne-
rantes eundem et famulos suos, ac auferentes
ei unam suam valisiam in qua habebat pannos
et alias arnesias suas, quam secum apportave-
rat, de qua violentia, iniuria et preda
gravamur et merito, Et ideo Nobilitatem ve-
stram, cui non dubitamus quod predictus exces-
sus plurimum displiceret, Rogamus instanter,
quod placeat tenere modum, quod integre re-
stituantur ablata, puniendo taliter ~~delictis~~ dictos
malefactores, quod pena sua transeat aliis in
exemplum, ut de cetero alii vestri subditi non
audeant similia pertractare.

Datum in nostro Ducali Palatio die vige-
simo primo februarii, decima indictione

a tergo:
Egregio et Nobili viro Duymo de Castello

Dall'originale in Pergamena nel nostro Archivio

Cas. di Porpetto 1. agosto 1823.

(Franzipane)

[illegible]

bo

dere

bre

die

me,

on

gea

mis,

remis

uno

[illegible]
[illegible]
lles,
idere
ure,
[illegible]
mo

1387. 3. marzo — Il Comune di Cividale scrive all'Ab: di Moggio a Fan- 200 —
gtono di Jemona, ad Andreusio di Venzone, e Meinardo di Tolmezzo, d'esser pronto alla pace.

Reverende pater ac honorabiles et circumspecti viri debita recomendatione et salutatione premissis, Noveritis nos litteras heri per vos nobis missas hominibus de Terra Civitatis austrie ostendisse, quibus per eos lectis et intellectis, nobis taliter responderunt, quod cum illis, quos zelatores guerre asseritis vobis bene natis, ut credunt, opus est pacem et concordiam pertractare, et cum eis, si vobis videretur possetis pertractare predicta potius quam cum ipsis Civitatensibus, qui ut Deus novit semper fuerunt, et sunt pacis et concordie Patrie amatores. Unde habita intentione dictorum zelatorum guerre, quod zelo guerre deposito velint habere pacem, et tranquilitatem, prout habere cupimus, et cupivimus semper Deo teste. Dabentis sive Reverendissimo domino nostro domino Cardinale Patriarche Aquilegensi et magnifico domino Padue, in cujus liga et unione existimus, ad quos predicta specialiter pertinent, procurare, et pertractare premissa, sicuti vobis alias dedimus in responso.

Datum in Civitate Austria die III. Martii ind.e X.

johanes Tonius }
egidius et } de Civitate Austria
Nicolaus Anzelli }

Reverendo in Christo Patri, ac honorandis et circumspectis viris domino

Bondi dei gratia abbati Mosacen, nec non Fantono de Clemona Andreusio de Verzono, et Meynardo de Tumetis domino et amicis carissimis.

Vedi — Primo 16. pag. 132 Dec. 1878.

isto
ti santi
isti Jesu
ima die
sancti
o Presen-
Utinensi
quondam
n filiis
Johanne
Martis de-
zano et-
vocatis
alites
ff. relicta
Sauorgnano d.
itu ac
iam sit-
alia loca
i et pro
ndam ali- ta
de intendit,
ina ie-
condito

Testamento di Franco Savorgno volendo visitare i luoghi santi

In Christi nomine amen. Anno a nativitate ejusdem domini nostri Jesu
christi millesimo trecentesimo octuagesimo septimo inditione decima die
vero vigesimo quarto mensis marcii. Actum Utini in capella Sancti
Nicolai fundata in majori ecclesia Sancte Marie de Utino Presen-
tibus Venerabilibus viris dominis Ottobono de Cerneta Decano Utinensi
Nicolao quondam Marchi [illegible] gregorio quondam blasii nicolao quondam
Gregorii canonicis Utinensibus Michaele canonico Sanctorum felicis
et fortunati de Aquilegia Nicolussio plebano Tricesimi Johanne
quondam andree Septimanario in dicta ecclesia Sancte Marie de
Utino ac presbitero paulo quondam Romani de Terenzano of-
ficiante in Zugliano testibus et aliis pluribus ad hec vocatis
et ab ore proprio infrascripte domine testatricis specialiter
rogatis. Nobilis et honesta domina domina Helisabeth relicta
quondam nobilis et potentis militis domini francisci de Saurgnano
Utini habitans sana dei gratia mente sensu et intellectu ac
corpore incolumis cupiens et intendens per dei graciam visi-
tare Sacrosanctum sepulcrum Dominicum et certa alia loca
sacra et pia ultramarina ob reverentiam jesu christi et pro
salute ipsius domine testatricis animarum et quorundam ali-
orum pro quibus orare peregrinari et alia bona facere intendit
et timens dubios mortis eventus propter viarum discrimina te-
rrestria et marina ac per hoc dubitans ne si non condito

testamento hanc peregrinationis viam aggrederetur possetque decedere intestata quod precavendum eregit Ideo suarum rerum et bonorum omnium mobilium et immobilium dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit. In primis quidem animam suam christo altissimo humiliter recommendans sibi sui corporis sepolturam elegit in ecclesia Sanctorum Apostolorum Philippi et Jacobi de Utino que ecclesia publice appellatur ecclesia sancti Stephani a majori parte gentium Utini in monumento in quo sepulta fuit quondam nobilis Iuvenis Anna filia predicte domine Helisabeth testatricis si eam in partibus fori julii decedere contingerit Alioquin ubicumque christo altissimo placuerit. Cujus quidem ecclesie sacerdotibus sive capellanis legavit de bonis sibi a deo collatis per annos presentitamen. Marchas soldorum quatuor ut teneantur et debeant orare deum pro anima ipsius domine testatricis et suorum predecessorum. et hoc si dicta domina fuerit sepulta in dicta Ecclesia Sicut si alibi dictam dominam decedere et sepelliri contingerit. voluit dictum legatum quatuor marcharum soldorum fore cassum et nullius valoris nec valoris. Item legavit Venerabili Viro domino Presbitero petro filio Conassii de Utino Septimanario in majori Ecclesia Sancte Marie de Utino

unum suum lectum fultum duobus plumatiis duobus cussinis una cultra et uno pari linthiaminum novorum de quatuor telis. Item legavit eidem unam clamidem de panno nigro suffultam Varis grisco cum hac conditione videlicet quod dictus presbiter petrus teneatur et debeat expendere quindecim Marchas soldorum in faciendo consecrare unum altare fundatum per dictam dominam testatricem in majori ecclesia Utinensi predicta sub vocabulo Sanctorum Apostolorum Simonis et Jude ac Sancte Fidis martiris etiam in fulciendo dictum altare uno calice et uno paramento que omnia in una summa deducta ascendant in marchas soldorum quindecim quas quidem quindecim marchas predictas dicta Domina testatrix recognoscebat et dixit se habuisse et recepisse ex redditibus per dictam dominam testatricem designatis dicto altari unde voluit et mandavit quod ad ornationem dicti altaris deveniant et reddirent. Item cum alias dicta domina testatrix construi et edificari fecerit unum altare de quo supra fit mentio in ecclesia majori Sancte Marie de Utino Aquilegensis diocesis sub vocabulo predictorum Sanctissimorum apostolorum Simonis et Jude ac Sancte Fidis martiris dedicandum ipsumque altare dotaverit cum duabus Marchis de reddito ad usum curie retento sibi et post obitum suum nobili domine domine Sophie filie sue et ejus

heredibus jure patronatus in presentando dominis . . . Decano Canonicis et Capitulo supradicte ecclesie unum Capellanum seu presbiterum ad dictum altare seu beneficium Et juxta alia pacta habita inter ipsos dominos . . . . . Decanum Canonicos et Capitulum ex parte una et ipsam dominam Helisabeth ex parte altera fuerit ordinatum quod ipsam dominam non teneatur usque ad quatuor annos integros tunc proxime venturos presentare ad ipsum altare seu beneficium eisdem dominis . . . . Decano Canonicis et Capitulo aliquem presbiterum vel capellaniam et quod interim hoc usque ad completum tempus quatuor annorum ipsa domina Helisabeth possit exigere et recipere fructus redditus et proventus dictarum duarum Marcharum de reddita ad usum curie cum quibus dotavit dictum altare Et quod pecunias quas ex eisdem fructibus redditibus et proventibus poterit aggregare et cumulare posset expendere pro uno calice paramento et aliis necessariis fulcimentis pro dicto altari et aliquando super dicto altare facere celebrari prout hec clarius et latius patent publico instrumento manu presbiteri micahelis testis predicti publici notarii scripto sub Anno domini nostri yesu christi millesimo trecentesimo octuagesimo quinto indictione octava die vero quarta mensis Augusti Nunc vero ipsa domina testatrix intendens ut premittitur superiorum dominium

78.

et alia pia loca sacra ultramarina visitare quam idea premissa
taliter declarat voluntatem quod etiam si contingerit eam ante ejus
redditum de peregrinatione prefata vel post quandocumque ante
tempus completum dictorum quatuor annorum de quibus
supra fit mentio decedere vult et intendit quod per totum ip-
sus tempus quatuor annorum colligantur redditus dictarum dua-
rum Marcharum ad usum curie per ipsam si tanto tempore
vixit alias si tanto tempore non vixit exigantur statim post
ejus obitum usque ad completum tempus quatuor annorum
per supradictum presbiterum petrum Conapii Et si ante tem-
pus dictorum quatuor annorum contingerit utrumque decede-
re voluit et ordinavit quod cis exigi debeant et exigan-
tur per presbiterum nicolaum juniorem canonicum Ultini ante-
dictum; Et quicquid sive per eam sive per predictum pres-
biterum petrum sive per antedictum presbiterum nicolaum ex-
actum fuerit expendi et dispensari debeat pro fulcimentis et
ornamentis pro dicto altari ultra quindicim Marchas sol-
dorum de quibus supra fit mentio. Voluit tamen et
ordinavit quod quicumque juxta predictam ordinatio-
nem colligitur et exegerit predictas duas marchas de red-
ditu ad usum curie habeat pro suo labore et pro faciendo ali-
quando celebrari supra dicto altari usque ad tempus quo

presentabitur vel institutus capelanus ad ipsum altare quartam partem ejus quod exiget de predictis

Item voluit et ordinavit quod si contingerit ipsam testatricem ovedere ante tempus presentationis faciende de capellano ad dictum altare, occurrente tempore ipso supradicta domina Sophia filia et here, ejus teneatur presentare, supradictum presbiterum petrum Louassi et non alium. Post cujus obitum vel renunciationem vel vacationem dicti altaris quomodocumque possit quem voluerit postea presentare. Item legavit perdine relicte quondam Benedi de Saluzono et Catharuse relicte quondam nicolosi de Prestinto ipsius domine testatricis ancillis omnes et singulas massaricias quas habet in domo quam habitat inter ipsas equalibus porcionibus dividendas hac tamen conditione videlicet quod dicte Perdina et Catharusa immediate post obitum dicte domine testatricis pro et supra dictis massariciis teneantur et debeant pro anno presenti tantum dare Marchas solidorum quatuor Capitulo Ultinensi per dictum Capitulum expendendas in faciendo dicendi vecessarias missas et vigilias pro anima predicte domine testatricis sicut ejus corpus defecet in Ecclesia antedicta. In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et immobilibus juribus et actionibus quibuscumque debitis et exquosiis sibi instituit et esse voluit ejus universalem heredem Nobilem et discretam juvenem

dominam dominam Sophiam uxorem nobilis viri et potentis mi-
litis domini Vincislai de Spilimbergo et filiam dicte domine
testatricis cum potestate exigendi et recipiendi omnes et sin-
gulos affictus eidem domine testatrici debitos pro toto tempo-
re preterito et etiam exigendi et recipiendi et in usum suum
pro ut sibi videbitur convertendi vel aliter disponendi omnia et
singula pignora quibuscumque personis quomodocumque pigno-
rata, et omnia alia recipiendi . . . tenendi et gaudendi
pro ut sibi videbitur salvis institutionibus infrascriptis.
Post mortem vero dicte domine Sophie sibi instituit et esse
voluit omnes heredes ab ea descendentes masculos et feminas
tam natos quam nascituros equalibus portionibus. Et in casu
quo dictos heredes quod absit decedere contingerit sine
herede vel heredibus ab eis descendente vel descendentibus
pupillariter vel vulgariter eisdem instituit et esse voluit
sanctam Ecclesiam Aquilegensem et nobilem virum dominum
Vincislaum de Spilimbergo predictum equalibus portionibus.
Et hoc siquidem asseruit esse velle et mandavit suum ultimum
testamentum et eius ultimam voluntatem quod et quam valere
voluit jussit et ordinavit jure testamenti quod si jure testa-
menti valere non posset voluit valere jure codicillorum. Et si jure
codicillorum valere non posset voluit valere jure donationis et quocum-

que alio jure ultime voluntatis quo melius et efficacius de jure et consue-
tudine valere et tenere potest mandansque mihi notario infra-
scripto hoc debere conficere publicum instrumentum cum omni me-
lioramento et utilitate heredum ad hoc si opus fuerit postulan-
et requirens consilium sapientis.

Et ego Petrus filius magistri Hermacore de Utino publicus imperiali
auctoritate notarius predictis omnibus interfui et omnia et
singula hic in istis octo pecijs pergameni per me simul
albo filo sutis et in earum junctaris duobus meis consue-
tis similibus signis signatis propria manu scripsi Rogatus a
dicta domina Hedvica debere fideliter publicare meum itaque si-
gnum hic inferius apposui consuetum in testimonium omnium
premissorum.

Trascritta da pergamena copiata autenticamente d'ordine
del Patriarca Antonio da Cavio Prastenrent de Sybersrent cano-
nico della diocesi di Ratisbona notajo apostolico ed imperiale, e scrit-
tore della Curia patriarcale colla firma d'altri tre scrittori di detta
Curia, la quale pergamena esiste nell'Archivio del Sig. Antonio
Wistetto d'Udine in Raccolta di Pergamene pag. 256.

Castello di Porpetto 7.bre 1815.

Frangipane

1387. 3. maggio
scorretta

Risposta di quelli di Cividale all'ab. di Moggio ed altri sulla pace proposta.

[illegible] in Xto patri, ac venerabili et circumspect[illegible]

[illegible] Dei gratia abba[illegible] nec non [illegible]no

[illegible] Ludovic[illegible], et Leonardo [illegible]

[illegible]ggio 1387 [illegible]

[illegible] ac honorabili et circum[illegible]

tione et salutatione [illegible] no[illegible]

[illegible] vestr[illegible] Civitat[illegible]

[illegible] attendisse [illegible]

[illegible] [illegible] est [illegible]

et concordiam [illegible] et cum [illegible] si vestr[illegible]

retur [illegible] credita [illegible], quam

[illegible] sem

per [illegible]verunt. Et sunt [illegible] et concordie [illegible]

amatores. Unde [illegible] intentione dictorum [illegible]

[illegible]orum [illegible] zelo [illegible] deposito

velint habere pacem et tranquillitatem, prout habere cupimus, et conivimus semper Deo teste. Poteritis tunc cum Rmo Domino nostro Domino Cardinale Patriarcha Aquilejense, et Magnifico Domino Vidice in cujus liga, et unione existimus, ad quas predicta specialiter pertinent, procurare, et pertractare premissa, sicut vobis alias dedimus in responso —— Datum in Civitate Austria die 15. maij Indict. co.

Joannes Jonius
Vidius, et
Nic. Angeli
} de Civitate Austria

Da Manoscritto del qm. Sig. Giangiuseppe Liruti senza numero di pagine, ne di quinterni. Vedi mia copia pag. 6.

Cas. di Porpetto 18. genn. 1818

Gian Giosuè

1387. 13. Luglio — Miscellanea ~~[illegible]~~, sive Annales Ab A. 1360 – 1361

Lettera del Sig.r di Padova ai suoi ambasciatori, sue intenzioni sull'accordo cogli Udinesi e collegati.

[illegible] cujusdam [illegible]

[illegible] Curtorodulo

[illegible]

[illegible]

[illegible] tenli [illegible] adversa [illegible]

13 Lugl 1387 — [illegible] tenli [illegible]

[illegible] commendo [illegible]

[illegible] Sitarol et [illegible]

de Frattina [illegible] Utinense [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] pax inter utramque [illegible]

[illegible] adversa [illegible]

[illegible] male [illegible]

[illegible] nones [illegible]

[illegible] — tomo 10 pag 143. doc. 1893.

[illegible]

[illegible] contra [illegible]

deberetis accipere ~~[illegible]~~ comeatum ab adversa parte, et Paduam

venire [illegible] mentionem de [illegible]

[illegible] petunt [illegible] bene

situs, quos [illegible] alium

[illegible], quod [illegible] non erat faciendum

mentio ulla; et ideo [illegible] petant. In

aditu [illegible] ~~[illegible]~~ Tallarum [illegible] in

unum [illegible] vobiscum Paduam

ad me veniant. — Datum Padue [illegible] Julii

hora 13

Da Manoscritti del gen. Sig. Giangiuseppe Liruti
senza numero di pagine, né di quinterni
Vedi la mia copia pag. 11.

Cas. di Porpetto 18. Gen. 1818.

[illegible] Sprangusane.

1387. 14. Luglio — Lettera del Sig.r di Padova ai suoi ambasciatori. 210.

Dilecti mei, Recepi litteram vestram datam XII julii hora XIII super modis tentis per vos cum adversa partes. Ad quam vobis respondeo, quod modi tenti per vos fuerunt modi laudabiles et honesti et eos commendo. Unum enim dico vobis, quod consideratis verbis, que dixerunt mihi Tatarus et Fantuccius de Fratina scilicet quod Veronenses habebant voluntatem, et animum essendi amicos meos et ad hoc inveniebant ipsos bene dispositos. ego credens ita esse recipere me disposui et ob id vos illuc misi animo et intentione, ut sequeretur bona et sincera pax inter utramque partem. Sed propter modo, quos tenet adversa pars videtur mihi, quod truffentur de vobis; quod satis improbum et male factum censeo. Et ideo videretur mihi ut honestis verbis agendo deberetis accipere comeatum ab adversa parte et Paduam venire. Quia enim facitis mentionem de fortilitiis, quas petunt adversarii mei. Respondeo quod bene scitis, quod Tataro et Fantuccio expressi voluntatem meam, quod scilicet de eis non erat facienda mentio ulla, et ideo miror quod hoc petunt; in aditu enim vestro rogetis ipsos Tatarum et Fantuccium parte mea, quod ipsi ambo vobiscum Paduam ad me veniant.

Datum Padue die XIIII. julii hora XIII

ab extra: Copia cujusdam littere domini Padue misse domino Francisco de Dottis, Guizelmo de Curtorodulo et Tisoni de Sancto Angello.

Verci — Tomo 16 pag. 143. Doc. 1893.

210
211.
1961
ne infritti

num

nlentio

tran.

tra

n lan

seri.

sua

datis,

sipius

uelles

li eu

iccua

n j.

.uu

1961
ne infrildi

num

ndentró

tran-

tern

n lan

scri

cea

datif,

siziuj

cittil

tu eu:

lecen

n j.

.qu

1387. 14. Luglio — Miscellanea Diarium sive Annales Cu. V. 1360–1361

Paganino di Padova scrive agli ambasciatori del Carrara in Friuli per trattar pace cogli Udinesi.

* Copia cujusdam Litere directe [illegible]dicis ambaxiatoribus ?. p. D. Paganinum de Padua, ut infra sequitur

Dilectissimi fratres et amici. Vos potestis videre intentionem Magnifici, et Excelsi Domini nostri D. Fran-

14 Lug° 1387. cisci de Carraria Padue [illegible], quam p. suas literas vobis scribit [illegible] non obstante, tamen secum tantum institi quod ipse contentus est, quod vobis scribam conclusive, quod in quantum adversarii in sua reversione velint ad pacem se inclinare, procedatis, et agatis super ea dicendo eis: quod Magnificus Dominus noster D. Franciscus de Carraria promittit restituere fortalicia, que tenet in Patria Forijulii cum [illegible] Patriarche instituendo [illegible] summum Pontificem gratis toti Patrie Forijulii, facta prius tamen [illegible]

* Vedi Verci Tom. 16. Doc 1894. pag. 143

ipsum Patriarcham, ad totum Generale concilium Parlamenti promissione, quod non offendent eum nec territorium, aut aliqua loca sua, nec ipsius Col: legatos, et adherentes vel loca, nec rationem dabunt alienis gentibus venientibus, seu que vellent veni: re ad sua damna. Et quod vero vice Vanenses tene: antur remittere, et relaxare in manibus dicti Pa: triarche eligendi fortalitia, que tenent. Hoc est quod in summa a Magnifico Domino nostro D. Fran: cisco de Carrara obtinere possum. De securi: tate enim danda per ipsum Magnificum Dominum no: strum D. Franciscum de Carraria, ipse penitus ni: chil vult facere, nec aliam securitatem invenire, quam promissionem suam pura at sincera, [illegible] huiusmodi securitas non [illegible] Quanti enim promissio obtineri non potuit [illegible]

... Dominus noster ... uno

... Treuegue, de qua admira-

tur, quod aliennis nullam fecerit mentionem.

Dicendo tamen ... eorum aliquid non

... obtineri dicatis adverse parti, necessario

... Dominus noster tenet, sunt ipsi obbligati pro

denariis expensarum, quas fecit, ... bene nota. Item quod ipse Dominus noster ...

dit, quod tota Istria restituatur, et deveniat in ma-

nibus Patriarche. Item scribatis Magnifico

Domino nostro ...

... nomen, ...

... et ... Magnifico D. nostro in hac ..., nam ...

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] rebel procedebat cum adversa parte;

tanto cum majori se in elevatione erigens – Vaga-

ninus de Saba [illegible] – – – Datum Padue 14. Julii hora 14

Da Manoscritti del qm. Sig.r Giangiuseppe Liruti
senza numero di pagine, ne di quinterni. Vedi
la mia copia pag. 11.

Cas.o di Porpetto 1818. 18. Gen.o

Frangipane

1387. 18. Luglio — Il Comune di Cividale scrive agli Ambasciatori del Savorgnano sulla tregua cogli Attems e Zucco. 212.

Copia cujusdam littere misse per Leonem de Turino Castaldionem, Provisores Consilium et Comune Civitatis Austrie Capitaneis Savorgnani.

Nobiles amici carissimi. Amicabili salutatione premissa Receptis litteris vestris super facto treugarum cum illis de Attems superiori amicitie vestre piscientibus respondemus, quod nobis videtur pro meliori vestro, et illorum de Attems inferiori et de Cucanea atque nostro quod treugue hujusmodi etiam cum illis de Portinstagno, e Zucho haberentur, et fierent pro evitando scandala, et pericula que ipsis locis exclusis contingere possent, prout verisimiliter imaginari potestis; et ideo vos hortamur, et consulentes precamur, quatenus cum honestiori et abiliori modo et forma quibus melius et utilius pro vobis, et pro nobis scientis avisare, et cum pacto de non recipiendo in dictis locis gentes nostrorum inimicorum, ad dana nostra inde exitte valentium ac aliis pactis, et conventionibus utilioribus pro vobis, et pro nobis prout circumspectio vestra melius avisabit, dictas treuguas etiam cum locis predictis tractetis, non concludendo tamen cum eis nisi nobis primo ipsa pacta et conventiones ducentis per Leonem declaranda, sicut de amicitia vestra gerimus fiduciam specialem. Ceterum cum homines de Quadruvio sub dominio

et districtu magnificorum dominorum Comitum Goritie existentes,
sint et fuerint nostri speciales amici, ac illis de Sanctovito suvenerint,
et continue suveniunt de victualibus necessariis plus quam cetere
alie persone, ac nostros, et alios quoscumque tam magnifico et
excelso domino nostro domino Paduano, quam nobis adherentes
amicabiliter tractant, prout patet per effectus, Nobilitates vestras
precamur attente quatenus Olvradinum Castaldionem dictorum
dominorum Comitum, et Venerium ambos de dicta villa Quadruvii,
et quos Mathias Burgarus cum certis aliis sociis super teritorio ipso=
rum dominorum Comitum, ut dicitur, captivavit Nobili viro Rizardo
de Camino Officiali Magnifici domini nostri predicti cum equo, et
equa, et rebus aliis eisdem acceptis, huc ad Civitatem transmittere
placeat, et valites penes ipsum, Rizardum permansuros donec rei
veritas reperta fuerit. Si autem reperietur ipsos fore captos alibi,
quam in teritorio dominorum Comitum predictorum ipsi sicut pre=
sonerij tractabuntur, et capientibus non fiet oblicum aliquod vel
gravamen. Si enim fuerint captivati super teritorio ipsorum
dominorum Comitum ut fertur justum et rationabile nobis
videtur, quod debeant libere relaxari et precertim attentis

rationibus

rationibus prenominatis. Et super predictis nobis velitis rescribere

paratis semper ad quelibet vobis grata.

Datum in Civitate Austrie die XVIII. julii ind.e X.

Nobilibus viris Bruneto de Parma, et Jacomino de Savio honorabi=

libus Capitaneis Savorgnani Amicis carissimis.

Verci – Tomo 16. pag. 142. D. 1896.

1387. 18 luglio — Miscellanea Sinrium sive Annales, Vol. V. 1360-1361 — 212

Il comune di Cividale scrive agli ambasciatori del Savorgnano sulla tregua cogli Attems e Zucco

Copia cujusdam litere misse

per Leonem de Turrino Gastaldionem, Provisores, Consilium Civitatis Austrie, Capitaneis Savorgnani.

Nobiles Amici carissimi. Amicabili salutatione premissa. Receptis literis vestris super facto Treuguarum cum illis de Attems superiori et Amicitie vestre presentibus respondemus, quod nobis videtur, pro meliori vestro et illorum de Attems inferiori, et Cucharnea, atque nostro, quod Treuque hujusmodi etiam cum illis de Partistagno, et Zucco haberentur et fierent pro evitanda scandala, et pericula, que ipsis locis exclusis contingere possent, prout verisimiliter imaginari potestis et ideo Vos hortamur, et consulentes precamur ~~precamur~~ quatenus cum honestiori, et utiliori modo et forma, quibus melius, et utilius pro Vobis, et pro nobis sciveritis aviare, et cum pacto de non recipiendo in

18 lug. 1387.

dictis locis gentes nostrorum inimicorum ad damna nostra inde exire volentium, ac aliis pactis et conventionibus utilioribus pro vobis et pro nobis, prout circumspectio vestra melius avisabit dictas (?) requirentes etiam cum locis prefictis tractetis, non concludendo tamen cum eis, nisi nobis primo ipsa pacta, et conventiones duxeritis per seriem declaranda, sicut de [illegible] vestra gerimus fiduciam specialem. Ceterum cum homines de Quadravio sub dominio, et districtu Magnificorum Dominorum Comitum Goritie existentes sint, et fuerint nostri speciales amici, ac illis de Sancto Vito sovenerint, et continue sovenient de victualibus necessariis, [illegible] [illegible] aliis personis, ac nostris et aliis quecumque tam magnifico et excelso Domino nostro D. Paduano quam nobis adherentes amicabiliter tractant, prout valet [illegible] [illegible] Nobilitates vestras precamur attente, quatenus


prefatus sanctissimus Dominus noster una cum ejus

sacro Collegio Reverendorum Patrum, et Dominorum

meorum Dominorum Cardinalium in Consistorio ejus

convocato ista die pronunciavit in nostrum, et dicte Sanctæ

Aquilejensis Ecclesie Patriarcham. Reverendissimum

Patrem, et Egregium Dominum nostrum D. Johannem

de Moravia Episcopum Lutomislensem, Germanum Serenissimorum

Dominorum Regum Romanorum, et Hungarorum, ac non fratrem carnalem illustris Princi-

pis D. Marchionis Moravie: Alia pro nunc eidem

inclite dominationi per me ejus minimum servitorem non

restant scribenda, nisi quod prefata Patria cum ejus

Protectione, et defensione sit more solito recommis-

sa. Et quæ ulterius relata digna occurrerint magni-

fice Dominationi vestre conabor quam citius potero

intimare. Quam altissimus ad votum conservet, et

Da Manoscritti del qm. Sig. Giangiuseppe Liruti senza numero di pagine, ne di quinterni. Vedi la mia copia pag. 9.

Cas.° di Porpetto 18. Genn.° 1818.

Frangipane

In Christi nomine Amen. Anno nativitatis eiusdem Millesimo trecentesimo
octuagesimo septimo indictione decima die Veneris sexto Decembris actum
Utini Aquilegensis diocesis in Patriarchali Palatio in Camera cubicu
lari infrascripti Dni Patriarche Jerosolomitani que dicitur Camera
a stellis, presentibus Rdo in Christo Patre Dom. Bondi dei gratia
abbate monasterii Sancti Galli de Moggio dicte diocesis egregio, et potente milite
Dom. Federico de Savorgnano Nobilibus viris Dnis. Simone de Colloreto, et
Doimo de Castello, et Nicolao quondam Zumiti de Ragonea, ac providis
viris Johanne qm. Andriotti de Andriottis, et Henrico qm. Billulti de Colloredo Utini
habitante testibus et aliis pluribus ad hec vocatis adhibitis specialiter
que rogatis. Reverendissimus in Christo Pater et Dom. Dom. Ferdinandus
miseratione divina Patriarcha Jerosolimitanus Apostolice Sedis nuntius,
et Patrie Forijulii rector defensor et Gubernator per Sedem Apostolicam
specialiter deputatus habens inter alia a dicta Sede Apostolica potestatem
auctoritatem, et facultatem recipiendi ad manus suas nomine Romane
et Aquilegensis Ecclesiarum omnia Terras, castra, et loca ad ipsam Eccle
siam Aquilegensem spectantia, eaque custodiendi et servandi, ut de dictis
nunciatione, et deputatione, potestate, et facultate constat, et, ratet
per patentes Apostolicas litteras sanas et integras non cancellatas non

abrasas, et non viciatas, vel suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes vera bulla plumbea Santissimi in Christo Patris et Dni. nostri Dni. Urbani divina providentia Papae VI, ad cordulam sanguis pendente more Romanae curiae bullatas à me Nicolussio Not. infrascripto visas, et de verbo ad verbum lectas, quarum litterarum tenor sequitur, et est talis: Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Ferdinando Patriarchae Jerosolimitano Apostolicae Sedis nuntio salutem et Apostolicam benedictionem. Adeo dilectorum filiorum, Civitatum, Communitatum, Terrarum, Castrorum, et locorum Patriae Fori julii ad mensam Patriarchalem Aquilegensem pertinentium, Universitatum mentes insanus, et caecus error invasit ut cum ipsi corpus unum sint, et eandem Matrem, et Dnam ecclesiam videlicet Aquilegensem fateantur, et recognoscant, et asserant se pro Patriae libertate, et Juribus ipsius Ecclesiae pugnare, et omnia facere et pati paratos. Nihilominus tamen in cruentas partes divisi adversum semetipsos parricidiali, et funesto bello accensis animis, et hostilibus congressibus obstinate furiant, et seviant et ad communem perniciem presidia etiam quorundam acciverint, qui forsan libertatem eorum, et substantias non illibenter exhaurirent, nec multum super ipsorum calamitatibus tristarentur. Ex quo sequitur quod dum per hanc viam libertatem summis viribus servare conantur, passim illam perdunt et ab eis auguntur

quida

quida, et loca munita, ibique vivunt in tyrannicam et miseram servitutem,
et interim Venerabilis Frater noster Philippus Episcopus Sabinensis Aqui
ilegensis Patriarcha in dicta Patria sua ubi resideat locum tutum non habet
et preter bonum, et equum per aliena discurrit et in alienis partibus
commoratur. Nos autem paterno super hoc compatientes affectu sepius
et jam dudum per nostros nuntios, et litteras temptavimus sed incassum
dictas partes reintegrare, et reducere compositionem ad equam. Nunc vero
cum partes ipse, et etiam auxiliatores earum Nos per suos Ambasciatores
suppliciter, et cum instantia requisierint, ut super premissis de expedienti
providere remedio dignaremur, Nos et requisitione hujusmodi, et propriis
desideriis pie et paterne commoti sollicite satagentes illud in eis reme
dium adhibere, quod necessarium et utile sit, et ab omnibus saltem probis
possit, et debeat approbari. Tandem exacta et matura deliberatione
prehabita, Te de cujus animi integritate et equanimitate, rerum agenda
rum experientia, preclarisque virtutibus in quemvis eventum, seu conclu
sionem optima spes resultat, providimus ad partes illas et decrevimus
destinandum. Tuam igitur Fraternitatem attente requirimus et hortamur
tibi nihilominus per Apostolica scripta in virtute sancte obedientie distri
ctius precipiendo mandantes quatenus ad easdem partes sine mora personaliter

confessis, et habens pre oculis solum Deum partes ipsas ad unionem pa-
cem et concordiam prudentia tibi à Deo data, et omni acumine ingenii
tui Auctoritate nostra reducere studeas et etiam revocare. Et ut premissa
eo facilius peragere, et in eis felicius prosperari valeas quo majori per
nos fueris potestate munitus tibi tam inter partes ipsas, quam inter
Colligatos, Defensores, Auxiliatores, Complices, et sequaces eorum unitatem
pacem, et concordiam tractandi, deducendi et quibuscumque promissio-
nibus, obligationibus, renuntiationibus, juramentis, penarum adjecti-
onibus et cautellis quarumvis stabiliendi, et firmandi ac etiam si pax
hujusmodi propter difficultates rerum non sic de facili deduci posset in-
ter partes, Colligatos, Defensores, Auxiliatores, Complices, et sequaces
predictos sub spe pacis, et treugas inducendi, nec non ligas, et Confede-
rationes per partes ipsas cum quibusvis initas, et quavis firmitate valla-
tas in quantum pacis seu Treugarum hujuscemodi et alias presentium
litterarum effectibus obviarent dissolvendi, et irritandi, ac promissiones,
obligationes, penas, et juramenta propter ea in illis adjecta remittendi
ac etiam partes predictas, et singulares personas earum ab excommu-
nicationis et aliis sententiis, et penis spiritualibus, et temporalibus, sive
per te presentium auctoritate, sive per prefatum Patriarcham sive per

nuntios

nuntios nostros nostra auctoritate predictos latis, quas partes et persone
prefate occasione negotiorum huiusmodi incurrissent, seu incurrisse vide-
rentur, a sententiis videlicet et penis spiritualibus in forma ecclesie
consueta recepto prius a singulis personis eisdem juramento de stando
super hoc nostris et Ecclesie mandatis, et injunctis inde cuilibet persona-
rum ipsarum pro modo salutari penitentia, et aliis que de iure fuerint
injungenda. Ab aliis vero penis, et sententiis temporalibus prout eorum qua-
litas exegerit absolvendi, et prout tibi videbitur in integrum, et statum
primum reducendi: interdicti quoque sententias per te vel per alios predic-
tos vel eorum aliquem dicta occasione in Civitates, Terras, Castra, et loca
predicta, vel eorum aliqua latas prout tibi videbitur suspendendi vel
in totum relaxandi, et tollendi. Ac insuper Civitates, Terras, Castra
et loca ad Ecclesiam, et Mensam Aquilegensem predictas spectantia
seu per partes ipsas, sive per dilectos Filios Nobilem virum ......
Ducem et Commune Venetiarum, sive per dilectum Filium Nobilem
virum Franciscum de Carraria militem in Civitate Padue, seu personas,
vel Communitates, aut universitates alias occupentur, ad manus tuas
nostro, et Romane Ecclesie nomine reducendi, et sub nostra ac Roma-
ne, et Aquilegensis predictarum Ecclesiarum obedientia retinendi et custodiendi

custodiendi, ac regendi, et gubernandi, et omnia et singula que ad reductionem
seu retentionem custodiam, et regimen hujusmodi; et alia circa premissa
et premissorum quolibet necessaria, et utilia fuerint faciendi, exequendi,
et complendi: Contradictores quoslibet, et rebelles cujuscumque preemi=
nentie, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant etiamsi Cardinala=
=tus, Patriarchali, Archiepiscopali, vel Episcopali seu Regia, vel Reginali
aut alia qualibet Ecclesiastica, vel mundana dignitate prefulgeant,
quandocumque, vel quotiescumque expedierit auctoritate nostra per censu=
ram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, et secularis brachii
si opus fuerit auxilium invocandi non obstantibus tam felicis recordationis Bonifa
cii Pape. Octavi predecessoris nostri, et de una vel duabus dietis in Concilio gene=
rali, quam alijs constitutionibus Apostolicis contrarijs quibuscumque seu si
partibus Duci, Communi, Francisco collegatis, defensoribus, valitoribus, complicibus,
et sequacibus predictis vel quibuscumque alijs communiter, vel divisim a Sede Apostoli
ca sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra vel ultra
certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas non facientes
plenam, et expressam, et de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentio=
nem plenam, et liberam auctoritate Apostolica presentium tenore concedimus
potestatem. Age itaque venerabilis Frater et felicibus perge successibus

et sic

eisue studiose in premissis studeas operari, quod ex inde sperati fructus, uxum-
mant, tuque preter eterne retributionis premium apud nos, et predictam
sedem commendationem amplam promerearis, et apud bonos, et
graves dignam laudem. Datum Janue XIII Kal. Februarii Pontificatus
nostri Anno octavo. Omnibus vero modo et forma quibus melius, et
efficacius scivit, et vigore supra dicte commissionis Apostolice sibi facte,
et prius admissione substantia salva manente, et ut Apostolicus nun-
tius predictus posuit, citra tamen aliorum suorum procuratorum
revocationem fecit, constituit, creavit, et ordinavit, facit constituit et
ordinat suum verum legitimum certum et indubitatum procuratorem,
actorem, factorem, et nuntium specialem, et quidquid melius de iure
esse vel dici potest, Venerabilem virum Dom. Ottobonum de Canali
Decanum majoris Ecclesie Sancte Marie de Utino ibidem presentem,
et hoc mandatum in se sponte suscipientem specialiter ad se presen-
tandum, et comparendum coram Illustri, et Magnifico Dom. Domi-
Nicolao dei gratia Marchione Estensi Ferrarieque seu egregiis, et sapien-
tibus viris Dom. Consiliariis ejus, et quibuscumque aliis deputatis et
deputandis per eius Magnificentie excelentiam, et quolibet eorum ad
petendum restitutionem Terrarum, Castrorum, et locorum spectantium

et pertinentium ad Ecclesiam Aquilegensem, que occupata sunt et occupate tenentur per infrascriptum Dom. Paduae, ac etiam pro ~~tractanda~~ tractatu et ad tractandum nec non ad conveniendum concordandum, et faciendum pacem, et concordiam, paciscendum, et componendum ac tractatus, conventiones, pactiones, concordias, et pacta ineundum, faciendum, et firmandum de omnibus, et singulis guerris, discordiis, litibus, questionibus, inimicitiis, odiis, rancoribus, differentiis injuriis, et dissidiis quacumque causa, vel occasione, que dici, vel excogitari possint vertentibus vel que verti possent inter Ecclesiam Aquilegensem seu ipsum Dom. Patriarcham Jerosolimitanum, nuntium, rectorem, et gubernatorem Apostolicum supradictum, ac inter Prelatos, Clericos, et ecclesiasticas personas Civitatis, et Diocesis Aquilegensis, et quoslibet alios fideles, obedientes subditos, et devotos prelibate ecclesie Aquilegensis generaliter in his omnibus, que pertinent, et spectant ad ipsam Ecclesiam Aquilegensem, et ejus iura, jurisdictiones, honores, et utilitates, ac subditorum ipsius ecclesie, prout ad ipsum Dom. Patriarcham vigore, virtute, ac causa dicte Apostolice commissionis spectant, vel pertinent vel spectare possunt quovis modo ex parte una, et Magnificum Dom. Franciscum de Carraria q. et ejus Colligatos, adherentes, fautores, complices, et sequaces ex parte altera sub quibuscumque modis, formis pactis promissionibus, conditionibus, cautelis, et clausulis opportunis, de quibus et que dicto Dom. Ottobono Procuratori videbuntur sub quibus videlicet possit idem Dns. Patriarcha Jerosolimitanus, ut nuntius

recto i

rectorem et gubernatorem apostolicis predictus si personaliter interesset, contractus et instrumenta rogandum, faciendum, dandum, et recipiendum cum stipulationibus, obligationibus, promissionibus, terminis, conditionibus, pactis, modis, tenoribus, penarum adiectionibus, juramentorum prestationibus in anima ipsius Domini constituentis et nuntii rectoris et Gubernatoris prefati, renuntiationibus, cauteris, articulis, et clausulis opportunis super quibus omnibus, et singulis, et aliis dependentibus, et annexis, ac etiam prorsus extraneis supradictus Dom. Patriarcha Jerosolimitanus et nuntius, rector et Gubernator prelibatus dicto Dom. Ottobono Procuratori per eum constituto potestatem, facultatem, auctoritatem, liberam et bayliam contulit, concessit, atque dedit, et generaliter ad omnia alia, et singula gerendum faciendum et procurandum, et formandum, et in ipsis concludendum, et concludere conventiendum, que in predictis omnibus et singulis, ac dependentibus, et connexis, ac prorsus extraneis necessaria fuerint et opportuna dicto Dom. Procuratori videbuntur, etiamsi talia forent que mandatum exigerent speciale, et que quilibet verus, et legitimus procurator ad premissa legitime, et sufficienter constitutus, ipseque Dns. constituens si personaliter interesset facere

posset, dans et concedens dicto suo Procuratori in predictis omnibus et singulis, et independentibus, et connexis ac prorsus extraneis plenum, liberum, ac generale mandatum ac etiam speciale in casibus, in quibus exigitur speciale cum plena, libera, ac generali administratione, et potestate procurandi, et faciendi omnia et singula supradicta et qualibet eorum. Promisit quoque prefatus Dns. Patriarcha Jerosolimitanus et Apostolicus nuntius, rector, et Gubernator antedictus firma rata, et grata perpetuo habere, tenere, attendere, et observare omnia, et singula que dictus Dns. Ottobonus Procurator per eum constitutus in predictis, et quolibet predictorum, ac in dependentibus, et connexis, et prorsus extraneis duxerit procurandum, et faciendum, seu etiam promittendum, et non contra facere vel venire per se vel alium, seu alios directe vel indirecte sub hypotheca, et obligatione omnium bonorum mobilium, et immobilium, presentium, et futturum Eglesie Aquilegensis, pro quo quidem Dom. Ottobono Procuratore antedicto idem Dom. Patriarcha Jerosolimitanus et Apostolicus nuntius, rector, et gubernator supradictus se fideiussorem constituit in omnibus capitulis et clausulis presentis mandati

Et ego Nicolaus filius qm. Dominici Cucculini de Santa Maria la Longa ...

ni habitans publicus Imperiali autoritate notarius suprascriptis
omnibus et singulis presens fui et ea rogatus scripsi et publica
vi, signumque meum apposui consuetum in fidem et testimo
nium premissorum

Verci – Tomo 17. Doc. 1908. pag. 4.

1388....

Morando di Porcia prigione dei Veneziani dà solenne fidejussione per la sua liberazione.

Carta est admodum corrosa et deforme: .... ine amen, Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimo octavo indic. Aquilegensis diocesis super magna Salla loco pro tribunali electo. Presentibus reverendo in Christo Patre Dom.-- -- Patriarche Aquilegensis Vicario generali eximie scientie viro magistro Benedicto medicine ---- Nicolussio de S. Daniele Leonardo de Castellero Dorde de Civitate Austria et Francisco testibus et aliis ad hoc specialiter vocatis et rogatis. Cum tempore guerre regnantis et existentis inter homines et Communitatem Terre --tinensis ac eorum Colligatos parte ex altera, captus fuisset nobiles Dom. Morandus quondam nobilis viri Dni. Vueqilli Comitis de Porciliis -- Viri Dni. Antici comitis de eodem loco de Porciliis, cumque ipso capto idem ad manus, et carceres incliti ducalis dominii Venetorum pervenisset, valeat travisset per certum tempus, et traheret de presente et relaxationem captivitatis et detentionis predictus ipse nobilis Dominus Morandus Comes ---- magnifico Domino Dom. Federicho (*Jodocino*) Dei gratia Moravie Marchioni, ut pro eodem ad prefatum inclitum Duc. ale dominium Venetorum ---- et cum ipse illustris

et magnificus Dom. Dom, Iodochus Marchio preces et supplicatio-
nes dicti nobilis Dni. Morandi Comitis ... Dominum prelib-
atum intercessisset, et pro ejus relaxatione et libertate illo
deprecatus fuisset. Prefatum inclitum Ducale Dominium ... Dni.
Marchionis precibus habita matura diligenti et salubri delibe-
ratione per aliud dicto ——— Comes ut supra a captivitate et
carceribus deberet relaxari et liberari, his tamen lege et condi-
tione, videlicet quod dictus nobilis Dom. Morandus . . gerere
arma tacite vel expresse presenti guerre durante inter inclit-
um Ducale Dominium Venetorum antedictum parte ex una,
et Magnificum ... Dominum, et requisitionem, et in favorem Mag-
nifici Dnis Padue contra et adversus inclitum Ducale Dominium
supradictum, nec pro eo tempore .... Christo Patre et Dns. Dns.
Patriarcha Aquilegensis contra dictum Ducale Dominium Vene-
torum venire vellet et contra illud esse quod tunc dictus nobi-
lis Dom. Morandus ... arma pariter cum eodem, vel divisim de
mandato eius. Et pro his attendendis et plenius observandis per se
et suos legitimos .... Comes ut supra dare debent quatuor
nobiles et sufficientes viros de patria Forijulii in cautionem et
securitatem

securitatem ... et in solidum obligando, promittere debent atque
jurare in manibus nobilis et egregii militis Dni. Nicholai de
Buch Reverendi in Christo patris et Dni. ... generis Patriarche digni
ssimi in Patria Foriulii Marescalli generalis regentis vice loco,
et nomine incliti Ducalis Dominii predicti, quod dictus nobilis ...
heredes pro tempore dicte guerre ~~durante~~ ^durature^ non capient arma con
tra inclitum Ducale Dominium Venetiarum ad petitionem et instan
tiam ... Magni ... tacite vel expresse, et quod si ipso tempore contra
faceret, vel contrafacient, ~~prefati~~ ^prefati^ quatuor nobiles fideiussores principa
liter et in solidum obligati tenean[tur] ... et satisfacere omni
a et singula damna, et expensas, ac interesse, quas et que dictum
Ducale Dominium passum fuerit ex ... heredum, et ipsi nobiles
fideiussores in solidum omnia eorum bona presentia et futura debeant
obligare. Quapropter ... Vir Dom. Thomasius quondam nobilis
viri Dni. Henrici de Spegnimbergo, Coradus Boyanus quondam nobilis
... de Sbruyavacha, omnes de patria Foriulii et Aquilegensis Diocesis pre
dictus instantia ... fati nobilis Dni. Morandi, nec non intuitu et zeli
caritate ipsius nobilis ... se obligando promiserunt atque iuraverunt
nobili et egregio ... Johanis Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarche

requisitione --- quod nobilis Dns. Morandus Comes qu. Nob. viri Dni. Vuezill

Comitis de Porciliis --- ut supra tacite vel expresse contra inclitum Ducale

Dominium Venetorum ad petitionem requisitionem et --- dicto nobili

et egregio milite Domo Nicolao de Burk in Patria Foriiulii generali Mares=

challo recipiente --- inclit. Ducalis Dominii predicti --- nobilis Dom. Mor=

andus ejusque legitimi heredes in judiciis contrafecerint et predicta om---

inclito Ducali Dominio --- omnia et singula damna, et expensas ac interesse

que et quas habuerint --- omnibus et singulis firmiter attendendis et plenius

observandis prefati nobiles --- milites --- Thomasius de Spegin=

bergo, Conradus Bojanus de Civitate Austrie, et Jacobus de Sbrugavacha

fidejussores in solidum obligaverunt --- mobilia et immobilia presentia

et futura --- et . . .

Ego Bonifacius filius ser Anthonii de Pompecio in Clusa habitator

Glemone publ. --- interfui et de mandato prefati nob. et egr. mil.

Dni. Nicolai --- scripsi --- et . . .

Ego Henricus qm. Johannis de Tulmetio habitator Glemone publ. ---

predictis omnibus --- interfui et de mandato dicti nobilis --- schalli

in patria Foriiulii --- premissorum meisque nomine et signo assue=

tis --- subscripsi . . .

Verci – Tomo 18. Doc. 1910. pag. 10.

1388. 13. Feb.[o] Francesco da Carrara notifica a suoi amici in Friuli 225.
— — d'aver gli Udinesi e collegati disturbato il maneggio di pace in Ferrara

Nobiles amici carissimi. A Reverendiss. Patre Dom. Johanne Episcopo Luthomislense Electo Patriarcha Aquilegiense et ab Illustri Principe Dom. Jodoco fratre suo Marchione Moravie recepi singulas litteras, quarum copia mitto nobilitatibus vestris presentibus introclusas, et quia uterque ipsorum precatur me, ut non permittam Ecclesiam Aquilegensem, cujus jura et obedentias per nullum impediri, volui amicitiam vestram non latere, quod ad commodum et favores sancte Aquilegensis Ecclesie, ac Pastorum suorum ejus Patriarchatui existentium et presidentium, et ad libertatem Patrie manutenendam tam tanquam proterviam insolentiam rebellium suorum jugiter nixus sum et quibuslibet refrangentibus me obtuli, ad pacemque, vel treguam obsequendam in Patriam, et tranquillitatem ejus nunquam parcescendam me semper promptum exhibui, nec aliter unquam inveniat. Novit enim qui mortalium corda rimatur, nec ignorat Magnificus frater meus Dnus Nicolaus Estensis Marchio, Commissarique sui et Ambasciatores Civitatis qui erant ibi, quod dum agerentur pacis tractatus in Ferrara Utinenses et eorum Colligati, et fautores fecerunt dicu debes

Civitatibus et Ambasciatoribus meis per Commissarios antedictos
quod ipsi volebant de omnibus differentiis hinc inde vergentibus
committere seu in dictum Dom. Marchionem ad quod ipsi Civita-
tenses, et ego seu Ambasciatores mei scientes me semper ad
pacem pronum, et tendentes semper ad salutiferam pacis com-
mitatem et ne possemus notari, quod pro nobis ipsa subsiste-
ret ac pro bono Patrie ipsorum adversariorum meorum condes-
cendimus voluntati, et Utinensibus Colligatis, ac eorum fauto-
ribus offerri fecimus per Commissarios antedictos, nos de singu-
lis differentiis reciproce velle committere, prout ipsi petebant
in ipsum Dom. Marchionem ~~cum antea~~ ad actum ipsius Commisso-
nis prestande ipsi Dom. Marchioni ventum est, ipsi Utinenses et
eorum Colligati et Fautores ad ea nunquam condescendere vo-
luerunt. Sicque ipsis renuentibus et pax, et tregua, ac Patrie
illius tranquillitas mihi insita semper cordi subsistit, nec
potuit locum habere. Nunc omnia Nobilitatem vestram late-
re non valui tanquam illos, ~~quos vere tanquam~~ fidelium
Sancte Aquilegensis ecclesie intrinsece versatur et ut sitis
participes omnium que in ipso tractatu fuere gesta, et agnoscatis
unde processit quod pax ipsa vel tregua et tranquillitas Patrie sic
fuerit inaniter relegata.

Data Padue XIII. Februarii

Verci - Tomo 17. Doc. 1911. pag. 12.

Civitatibus et Ambasciatoribus meis per ~~Commissarios~~ Comissarios antedictos quos ipsi volebant de omnibus differentiis hinc inde vergentibus committere se in dictum Dom. Marchionem ad quod ipsi Civitatenses, et ego seu Ambasciatores mei scientes me semper ad pacem pronum, et tendentes semper ad salutiferam pacis comunitatem, et ne possemus notari, quod pro nobis ipsa subsisteret ac pro bono Patrie ipsorum adversariorum meorum cordis centimus, voluntati, et Utinensibus Colligatis, ac eorum fautoribus offerri fecimus per Commissarios antedictos, nos de singulis differentiis reciproce velle committere, prout petebant in ipsum Dom. Marchionem ~~cum autem~~ ad actum ipsius Commissionis prestande ipsi Dom. Marchioni ventum est, ipsi Utinenses et eorum Colligati et Fautores ad ea nunquam condescendere voluerunt. Sicque ipsis ~~renuentibus~~ renuentibus et pax, et tregua, ac Patrie illius tranquillitas mihi insita semper cordi subsistit, nec potuit locum habere. Hunc omnia Nobilitatem vestram lateat non valui tanquam illos, ~~qui~~ tanquam fidelium Sancte Aquilegensis ecclesie intenta vexatur et ut sitis participes ~~omnium que in ipso~~ tractatu fuere gesta, et agnoscatis unde ~~processit quod~~ pax ipsa vel tregua et tranquillitas Patrie sic fuerit inaniter relegata.

Data Padue XIII. Februarii.

Verci - Tomo 17. Doc. 1911. pag. 12.

1388. 17. febb. Il Conte di Carrara risponde a Cividale che suo figlio 220.
è alle porte di Verona, e che finita quell'impresa gli provvederà
maggior soccorso.

Nobilibus et prudentibus viris -- Gastaldioni
--- Provisoribus -- Consilio et Communi
Civitatis Austrie amici carissimi.

(intus)

Honorandi amici carissimi. Recepta et intellecta littera vestra
per quam exigitis gentium subsidium vobis mitti ultra Tomoli-
num Dragorum cum . . sic . . Emuli nostri auctiores fiant
gentibus quotidie et &c. Amicitie vestre respondo, quod prout
sentire potuistis Magnificus filius meus Franciscus de Carraria
personaliter cum omni exfortio meo et copioso gentium apparatu
citra Veronam et super fores ipsius Castri tenet expeditures in
brevi quod laudabile et magnum valde, Deo Auctore, quod et ce-
det ad bonum agendorum vestrorum et pro vobis facit. Quod ex-
pedito, quia presentialiter ob id nequeo, providebo tunc vobis
de gentibus, quibus vos et vestros poteritis defensare a conati-
bus Emulorum. Rememoror enim vobis, quod in partibus illis de-
git Societas Sancti Georgii quam non dubito contra impressiones
Hostium ad vestri favores pronam et presto esse. Datum Pa-
due die XVII Februarii

Franciscus de Carraria Padue et &c.

Da manoscritti del quondam monsignor Guerra Canonico di Cividale
intitolati: Otium Forojuliense Tomo 44, pagina 346 esisten-
ti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale

(aggiungervi

L

tesimo

meabj

[illegible]

ine

[illegible]

nerē

[illegible]

[illegible]

to

Bar

Garre

no

80 Atti contro Tranio di Remanzacco e Leonardo di 1
Andreottis per attentati contro Federico di Savorgnano 22.4

nomine amen. Anno nativitatis ejusdem Dñi, millesimo, trecentesimo,
agesimo octavo. Indictione undecima, die vero veneris tertiodecimo mensis
[illegible] actum [illegible] sub magna logia comunis [illegible]
[illegible] Dñi simone milite de Colloredo, filio [illegible]
[illegible] simone de Valvistagno, et [illegible]
[illegible] Dño Andrea de ponticulis in iure civili licentiato
[illegible] et circumspectis viris ser Hectore Nots. q. [illegible]
[illegible] Nicolao Nots.
[illegible] ser Blassio de Lison, ser Leonardo [illegible]
Francisco de [illegible] Nicolao de [illegible]
[illegible]
[illegible] Thomasini Nots. Nicoleta [illegible]
[illegible] Candidi Speciarii, Laurentio Nots. Arpuoni, Johanne q.
Federici de Faganea, Christophoro Zignotti, Magistro [illegible]
[illegible] Nicolussio [illegible] Zanni, ser Francisco [illegible]
Johannes q. Ordetico [illegible] ser Guilelmi [illegible]
[illegible] Christophoro Nots. [illegible] filio [illegible]
[illegible] Brini, Johanne q. Candidi de
[illegible] Andrea Brunoni, Nicolussio [illegible] magistro [illegible]
[illegible] Antonio Nots. q. Francisci, Magistro Blasio [illegible]
[illegible] Nots. de Carnea, [illegible] de Camino, [illegible]
[illegible] de sancta maria Lalonga, magistro Leonardo [illegible]
[illegible] Drappesio q. ser Raynerii, Leonardo q. Petri olim ser
[illegible] Lombardo Johannis [illegible] Nicolussio a [illegible], Andrea de
[illegible] matheo Nots. q. ser Nicolussii de [illegible], Bar-
tholomeo de Venzono, Nicolussio [illegible] Zimo Fornatura, [illegible]

vino

1388. 13. marzo Atti contro Franco di Pers(?)… e Leonardo di Andreottij per attentati contro Federico di Savorgnano 1 22…

In Xp̄i nomine amen. Anno nativitatis ejusdem Dm̄. millesimo Tricentesimo octuagesimo octavo. Indictione undecima, die vero veneris tertiodecimo mensis Martii … actum … sub magna Logia comunis …
… Simone milite de Colorctto, … de …
… Simone de Cartistagno, et … nec non …
… Dm̄ Andrea de Monticulis in jure civili …
ac providis, et circumspectis viris ser Hectore … q., et …
… Nicolao Not.
Manini, ser Blasio de Lisoni, ser Leonardo … de Sancto Daniele,
ser Francisco de … Nicolao de …
Ragnerii … et …
… Thomasino Not. Nicoloso,
… Andrea Speciarii, Laurentio Not. Arpucii, Johanne q.
ser … de …, Christophoro Zianotti, Magistro …
de Mon…, Nicolussio ser Zanni, ser Francisco …,
Johanne q. Ordorico …, …
…, Christophoro Not. …
… Brisini, Johanne q. Candidi de
Ragneriis, … Brunacii, Nicolussio …, Magistro …
Lanuti … Antonio Not. q. Francisci, Magistro Blasio …
rogeo, … Not. de Carnia, … Not. de Camino, …
… Not. de … Lalonga, Magistro Leonardo …
Sandro Drapperio q. ser Ragnerii, Leonardo q. Petri olim ser
Tialdi, Lombardo Johannis … Nicolussio …, Andrea de
Faona, Matheo Not. q. ser Nicolussii de …, Bar-
tholomeo de Venzono, Nicolussio … Tornatore, …

vino

vini Cerdone, magistro Gregorio Aurifice, Petro Aurifice q. Do. ugnussij, Mathiussio Dne. Sabide, Zighuto Sartore, Nicolao Ser ... Gabriele q. Ser Dinzani de Soldoneriis, testibus, et aliis pluribus in multitudine copiosa. Ibique coram prudenti viro Dno Antonio de Vando de Vicentia Honorabili Capitaneo Terre Utini pro Reverendissimo in Xpo Patre et Dno nostro Dno Johanne Marchione de Moravia dignissimo Aquilegiensi Patriarcha, ac Providis viris Ser Nicolao Not. q. Magistri Gregorii de Utino, Ser Sintino q. Ser ... de Artenea, et Magistro Jacobo Aurifice q. Ser Francisci de Mon tegnaco Utini habitante Judice surrogato et deputato, ... providi viri Ser Henrici de Prova de Utino Judice pro anno presenti in criminalibus deputato, et electo una cum suprascriptis Ser Nicolao Not. Magistri Gregorii, et Ser Sintino de Artenea non volentis ad hunc actum personaliter interesse. ... [illegible] qui ... nobilis ... Dni ... Preciviul q. bone memorie ... et potentis militis Dni Francisci de Savorgnano, ac providi viri Man fredus Draperius q. Valentini de Utino tamquam Camerarius et Camerario nomine, et Simon q. Ser Niccolussii qui dicitur de Percholo, et Johan ne q. Ser Federici Ottacini de Utino tamquam procuratores et pro curatoriis nominibus Comunis Utini, et querulose exposuerunt dicentes quod Leonardus q. Ser Nicolussii de Andriotis de Utino, et Fran ciscus filius Ser Missii de Remanzacho Utini habitatores neplan dissime et scelerato, et proditorio modo, eorum totis viribus et posse tractaverunt, et conati sunt in, et contra personas dicti Dni Fede rici, et nonnullorum aliorum Civium de Terra Utini. videlicet tractan do de faciendo dictum Dnum Fredericum, et nonnullos alios Cives

de

de dicta Terra Utini preter bonum, et equum mori, ac ipsum Dnum
Fredericum decapitari facere volentes de facto, et sine justitia, ratio:
ne, sententia, et jure, tamquam proditorem, ut asserebant Ecclesie
Aquilegiensis, Patrie Forijulii, et Terre Utini, et omnium, et singulo:
rum Lige inite, facte, et celebrate per Utinenses, et nonnullos alios
Nobiles, et Comunitates cum Serenissimo, et excelso Ducali dominio
Venetorum de quibus ipsi Leonardus, et Franciscus una cum cer:
tis aliis tractatoribus jam dederunt ordinem, videlicet de gentibus
equestribus, et pedestribus stipendiariis ad custodiam, Platee, ac
aliorum locorum de Utino, et aliter tenendo hunc sceleratum, et
proditorium modum, videlicet, quod idem Dnus. Federicus noti:
tiose duci debebat ad presentiam Reverendissimi Dni Johan:
nis Patriarche Jerosolomitani Sanctissimi Dni nostri, Urbani
Pape sexti Vicarii Generalis &c. Et dum ipse Dnus Frede:
ricus esset in presentia dicti Dni Patriarche Jerosolomitani
in Castro Utini, ibidem debebant reproduci false litere conti:
nentes quasdam productiones, que impingi debebant falso, et pro:
ditorio modo ipsi Dno Frederico, et contra eum, et ipsis lite:
ris Lectis statim, et sine sententia debebat duci dictus Dnus
Federicus ad plateam, et ibidem decapitari statim, taliter
quod moriretur, et taliter duci debebat, quod nemo posset nec
auderet sibi loqui, neque ipse alicui, et tunc procedi contra
eius Castra, et alia sua bona. Necnon ipsi Leonardus, et
Franciscus dando, et imponendo falsas et sinistras proditionis
informationes supradicto Dno Patriarche Jerosolomitano, contra
dictum Dnum Fredericum, et nonnullos alios cives dicte Terre

Utini

Utini, ac ipsum Dnum Patriarcham Jerosolomitanum inducentes die noctuque sollicitantes, ut ipsum Dnum Federicum, et nonnullos alios cives dicte Terre Utini decapitari faceret, eorumque bona omnia exurparet. Et alia multa enormia, et crudelissima in dispendium, et destructionem dicte Terre Utini, et dicti Dni Federici, et aliorum Civium dicte Terre Utini falso modo perpetrantes, et specialiter suprascriptas falsas litteras fabricantes, que dirigi simulabantur ipsi Dno Frederico per quosdam nequissimos Hemulos Ecclesie Aquilegiensis et specialiter Terre Utini, in quibus contineri debebat, quod dictus Dnus Fredericus habebat, et pertractabat tractatum enorme cum dictis Hemulis in magnum, et grave dispendium dicte Aquilegiensis Ecclesie et dicte Terre Utini, ac dicte Lige. Quare cum ipsi Leonardus, et Franciscus nuperime hujusmodi de causa de Terra Utini insalutato ospite fugam capuerunt, ipsi Dnus Federicus, Manfredus, Simon, et Johannes nominibus quibus supra supplicaverunt prefato Dno Antonio Capitaneo, ut supra, quatenus petere deberet per sententiam a dictis Dnis judicibus, et aliis circumstantibus suis diffiniri et determinari qualiter, et quomodo contra ipsos Leonardum et Franciscum procedi deberet in, et super predictis, et predictorum occasione; Qua querella, et propositione sic factis dictus Dnus Antonius Capitaneus ut supra, petiit per sententiam per dictos Dnos Judices, et alios circumstantes sententiari, et diffiniri, si loco ipsius Dni Antonii Capitanei alium in judicem pro predictis

ponere

ponere et delegare, seu deputari debeat, cum ipse Dnus Capitaneus
ex officio suo etiam procedere intendat contra ipsos Leonardum et
Franciscum occasione premissorum, quia ob quem mortis tractatum
ipsius Dni Federici, et aliorum Civium de dicta Terra Utini per
dictum Leonardum et Franciscum exequi procuratum, non solum
ipsius Dni Federici, et aliorum Civium dicte Terre Utini mors
et destructio sequebatur, verum etiam finalis concludebatur
subversio, et destructio dicte Terre Utini, et totius Aquilegien.
Ecclesie, et Patrie Forijulii. Ac etiam ne excessus pre
sumptuosi eorundem sceleratti, et enormes remaneant impu
niti. Ac etiam quod eorum pene, et punitiones ceteris aliis
transeant in exemplum. Quo petente per dictos Dnos ju
dices, et omnes alios circumstantes, penitus nemine discre
pantes sententiatum fuit quod sic. Qua sententia sic lata
et ipsius vigore prefatus Dnus Antonius Capitaneo loco
sui ibidem in judicem et pro judice in hac parte posuit
et elegit, ac esse voluit et deputavit predictum virum ser
Leonardum de Sancto Daniele Utini habitantem ibidem
presentem tamquam ydoneum, et sufficientem per sententiam
dictorum Dominorum judicum, et aliorum omnium astantium
approbatum, et declaratum. Post vero coram dicto ser Leo
nardo tamquam judice deputato ut supra comparuerunt
dictus Dnus Antonius Capitaneus ut supra ex officio suo

proc

procedens, et procedere volens, ac dicti dni Fredericus de Savorgnano, Manfredus Draperius Simon, et Johannes Ottacini nominibus quibus supra, et rogaverunt prefatum ser Leonardum judicem deputatum ut supra, quatenus petere deberet per sententiam a dictis judicibus, et aliis astantibus diffiniri, et determinari qualiter, et quo modo contra ipsos Leonardum, et Franciscum procedi deberet in et super predictis, et occassione predictorum. Quo ser Leonardo judice deputato ut supra sic petente a dictis judicibus et aliis circumstantibus quid juris esset super predictis, et qualiter, et quo modo contra ipsos Leonardum, et Franciscum procedi deberet in et super predictis, et occassione predictorum, per ipsos tres judices, et omnes alios circumstantes penitus nemine discrepante sententiatum, et diffinitum fuit, quod suprascripti Leonardus, et Franciscus per cedulas, et in scriptis super platea Comunis Utini in loco consueto, et ante domos habitationum dictorum Leonardi, et Francisci, alta voce preconia dimittendo ibidem cedulas affixas citentur, et proclamentur, ac citari, et proclamari debeant, quatenus comparere debeant coram dicto Ser Leonardo judice deputato, ut supra, et in eius fortia et Baylia sub lozia Comunis Utini infra quindicim dies a die mandati eis facti computandos, ad faciendum

comm

eorum excusationes de predictis nefandissimis tractatibus pro-
ditionis aliter sedentes, quod si infra dictum terminum quinde-
cim dierum eis assignandum personaliter non comparuerint coram
prefato Ser Leonardo judice deputato ut supra, ad faciendum
ipsorum excusationes ut supra, elapso dicto termino quinde-
cim dierum contra ipsos ipsorumque personas, res, et bona
diffinitive procedetur, tamquam contra falsos, et iniquos
dicte terre Utini, ac predictorum Dni Fredarici et alio-
rum Civium dicte terre Utini proditores, secundum quod
juris ordo, et consuetudo dicte terre Utini contra falsos
proditores procedere postulat, et requirit, que citationes per
cridam sic facte tantum valeant quantum si dictus Leonar-
dus et Franciscus personaliter citati essent. Qua senten-
tia sic lata, ut ipsius vigore prefatus Ser Leonardus judex
deputatus ut supra, eisdem Dnis Antonio Capitaneo ut
supra Dno Fredarico, ac Manfredo, Simoni, et Johanni
dictis nominibus, quibus supra in nuncio, et pronuncios
dedit et assignavit Dominicum preconem Comunis Utini ibi-
dem presente, et omnes alios nuncios, et precones dicti
Comunis absentes tamquam presentes et quemlibet ipso-
rum in solidum mandans eis, et cuilibet ipsorum in solidum
quatenus facere debeant juxta dictam latam sententiam.

ex parte providi, et circumspecti viri ser Leonardi de Utino, qui fuit de sancto Daniele tamquam judicis sententialiter ad hunc actum deputati, loco prudentis viri Dni Antonii de Vando de Vicentia honorabilis Capitanei Terre Utini pro Revmo in Xpo Patre, et Dno nostro Dno Johanne illustrissimo Marchione Moravie dignissimo Patriarcha Aquilegiensi ex officio suo procedentis, et procedere volentis mandetur per Dominicum preconem Comunis Utini ad instantiam et petitionem supradicti Dni Antonii Capitanei ut supra ex officio suo procedentis, ac providorum virorum Manfredi Drapersi qm Valentini de Utino tamquam Camerarii, et Simonis qm ser Nicolussii de Cerchato, ac Johannis qm ser Federici Ottacini de Utino tamquam procuratorum Comunis Utini. Necnon ad instantiam, et petitionem Nobilis, et Egregii militis Dni Frederici de Savorgnano qm bone memorie strenui, et potentis militis Dni Francisci de Savorgnano Leonardo qm ser Nicolussii de Andriotis de Utino, et Francisco filio ser missii de Remonzacho Utini habitanti quatenus Utini Aquilegiensis Diocesis sub Lozia Comunis infra quindecim dies proxime futuros a die hujusmodi mandati facti computandos, et proclamationum factarum et cedularum affixarum computandos personaliter comparere debeant coram dicto ser Leonardo judice deputato

tato ut supra, necnon judicibus dicte terre Utini in criminalibus
deputatis, ad faciendum ipsorum excusationem de [illegible] et scelera-
sis proditionis tractatibus per ipsos Leonardum, et Franciscum com-
missis et perpetratis in, et contra personam supradicti Dni Fre-
derici tractando, quod idem Dnus Fredericus preter bonum et
equum moriretur, volendo ipsum facere decapitari de facto,
et sine sententia, justitia, ratione, et jure tanquam pro-
ditorem, ut asserebat, sancte Ecclesie Aquilegiensis Patrie Fo-
rijulii terre Utini, et omnium Collegatorum in Liga infrascripta,
de quibus jam dederunt ordinem ipsi Leonardus et Francis-
cus una cum ceteris aliis tractatoribus videlicet de genti-
bus Equestribus, et pedestribus stipendiariorum ad custodiam
platee, et aliorum locorum in Utino tenendo hunc sceleratum,
et proditorium modum, quod idem Dnus Fredericus debeat
duci ad presentiam Revmi Dni Leonardi Patriarche Jero-
solomitani Sanctissimi Dni nostri Dni Urbani Pape Sexti
Vicarii generalis etc. paratis dictis gentibus, ut supra, et dum
ipse Dnus Fredericus esset in presentia dicti Dni Patri-
arche Jerosolomitani ut supra in Castro Utini ibidem de-
bebant produci false littere continentes quasdam proditio-
nes, que impingi debebant ipsi Dno Frederico [illegible] modo,
et contra eum, et ipsis litteris lectis statim, et sine senten-
tia debebat duci dictus Dnus Fredericus ad Plateam, et
ibidem decapitari statim, taliter quod moreretur, et taliter

duci

ārei, quod nemo posset, nec auderet sibi loqui, neque ipse alicui, et tunc procedi contra eius bona, castra, stabilia, et feudalia alia bona; Necnon in, et contra personas, et bona omnia nonnullorum aliorum Civium, et vicinorum dicte Terre Utini dando, et imponendo falsas, et sinistras proditionis informationes suprascripto Dño Patriarche Jerosolomitano contra dictum Dñum Fredaricum, et nonnullos alios Cives Terre Utini, ac ipsum Dñum Patriarcham Jerosolomitanum inducendo die, noctuque sollicitando, ut ipsum Dñum Fredaricum, et nonnullos alios Cives dicte terre Utini ut supra decolari, et decapitari faceret, eorumque bona omnia exturparet. Necnon multa alia enormia et crudelissima in dispendium, et destructionem dicte Terre Utini tractando, et perpetrando, ac dicti Dñi Fredarici, et certorum aliorum Civium de dicta Terra Utini. Et specialiter supradictas falsas litteras fabricando, que dirigi simulabantur ipsi Dño Fredarico per quosdam nequissimos Emulos Ecclesie Aquilegiensis predicte, et specialiter Terre Utini, in quibus contineri debebat, quod ipse Dñus Fredaricus habebat, et perpetrabat tractatum enormem cum dictis Emulis in magnum et grave dispendium Lige, et Unionis per Utinenses et nonnullos alios Nobiles, et Comunitates Patrie Fori Julii cum Serenissimo, et Inclito Ducali Dominio Venetorum inite, facte, et celebrate. Ob quem mortis, et bonorum extorsionis tractatum ipsius Dñi Fredarici, et aliorum

orum

...rum civium dicte terre Ultini personas, eorumque bona exequi
per prefatos Leonardum et Franciscum, procuratas non solum
ipsius Dni Fredarici, et aliorum civium predictorum mors, et
destructio sequebatur: Verum etiam finalis concludebatur sub=
versio, et destructio dicte terre Ultini, ac totius [illegible]
Ecclesie. De quibus omnibus supradicti Leonardus, et Franciscus
[illegible]putantur, et hec per suprascriptum Dominicum preconem pu-
clamentur in [illegible] super platea Comunis in loco consueto alta
que voce, et ante domos habitationum [illegible] dictorum Leonardi,
et Francisci dimittendo cedulas unius, et ejusdem tenoris affixas
in Logia Comunis in loco consueto, et in domibus habitationum
dictorum Leonardi et Francisci in Ultino, que proclamationes sic fa-
cte tantum valeant, quantum si eisdem Leonardo, et Francisco,
et utrique ipsorum personaliter dicte cedule presentate forent,
prout datum est per laudum, et sententiam per dictos Dnos Iudi-
ces dicte Terre Ultini, ceterosque alias circumstantes coram su-
prascripto ser Leonardo judice deputato ut supra. Scientes
ipsi ser Leonardus, et Franciscus, et quilibet ipsorum, quod sunt
affidati in bonis pariter et personis veniendo stando ad Ter-
ram Ultini, et reddendo justitia et ratione tamen semper
salvis. Et si quidem Salvumconductum, seu [illegible]
petierint prefati Leonardus, et Franciscus vel alter ipsorum
de veniendo ad Terram Ultini, et reddendo, et quicumque
infra dictum terminum quindecim dierum ad faciendum eorum

excu

excusationes, salvis justitiae, et ratione ut supra dabitur eis, et cuilibet ipsorum, petenti bonum, et securum. Alioquin noscant, quod si infra dictorum terminum quindecim dierum coram dicto Ser Leonardo judice deputato ut supra, et aliis judicibus dicte Terre Utini in loco ut superius est declaratum predicti Leonardus, et Franciscus personaliter non comparuerint contra ipsos ipsorumque personas, res, et bona omnia, diffinitive procedetur tamquam contra falsos et iniquos dicte Terre Utini, et predictorum Dni Fredarici, et aliorum civium dicte Terre Utini ut supra proditores, secundum quod juris ordo, et consuetudo dicte terre Utini contra falsos proditores procedere postulat, et requirat. Datum Utini die sabati quartodecimo Mensis martii indictione Undecima, millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo.

30. marzo

Item Relatio suprascripte citationis — Item suprascripto Millesimo, et Indictione die vero Lune penultimo martii actum Utini in Cancellaria domus Consilii comunis Terre Utini presentibus Sapientibus et providis, et circumspectis viris Dno Andrea de Monticulis in jure Civili licentiato, Ser Hectore Not.° q.m Ser Rodorici militis, Ser Muschino de Turre, Ser Nicolao de Gabrielis, ser Blassio de Lisono, ser Nicolao not.° Magistri Gregorii, Ser Francisco q.m Ser Ragnersi, Ser Dirtino q.m Ser Johannis de Antanea Utini habitante in foro veteri, Ser Johanne de Faganea, et Francisco de Cavalcantibus, Nicolussio ser Zanni, Xpoforo Zigro:

ri, Nicolao Candidi testibus omnibus Utini habitantibus, et aliis pluribus in multitudine copiosa. Ibique coram suprascripto ser Leonardo judice deputato ut supra constitutus suprascriptus Dominicus preco Comunis Utini ex sacramento sui officii retulit, et dixit mihi Jacobo Not.° infrascripto se ex parte suprascripti ser Leonardi judicis deputati ut supra ad instantiam, et petitionem suprascriptorum Dominorum Antonii Capitanei ex officio suo procedentis, Dni Fredarici militis de Savorgnano, ac Manfredi tamquam Camerarii, et Simonis de Perchoto, et Johannes Ottacini tanquam procuratorum Comunis Utini Die Dominica, que fuit quintadecima mensis Martii presentis, proclamasse alta voce preconia per eum facta super platea Comunis Utini et ante domos suprascriptorum Leonardi, et Francisci habitationum juxta tenorem trium cedularum tenoris proxime suprascripte Cedule ipsasque Cedulas unam ad Loziam Comunis Utini, et alias duas videlicet unam ad domum habitationis dicti Leonardi, et aliam ad domum habitationis dicti Francisci affixas dimisisse; et nihilominus eisdem Leonardo, et Francisco per eundem mandavit quatenus facere deberent secundum tenorem ipsarum cedularum

31. martio

Item suprascriptis millesimo, et indictione die martis ultimo mensis Martii

sententia &c. Actum Utini sub magna Lozia Comunis presentibus sapientibus et providis viris Dno Andrea de Monticulis in jure civili licentiato ser Hectore Not° q.m ser Odorici Mulettis, ser Moschino de Turre, ser Nicolao de Gabrielis, ser Blassio de Lisono, ser Nicolao Vete-

mani-

Manini, ser Nicolao de Castello, ser Articho q.m ser Nicolai de Frangergo, ser Antvensio de Filatta, Triofrie q.m ser Johannis de Vanzano, ser Francisco de Cavalcantibus, ser Zanno de Burgo, Leonardo Not.o Dominici, ser Johanne q.m ser Federici de Jaqunea, ser Thomado Ronchoni, ser Nicolao de Soldoneriis, Francisco Not.o de Grasulinis, ser Martino Not.o Thomasini, Federico Not.o de Carnea, Francisco ser Raynerii, Nicolao Candidi, Christoforo Tercario Zignoti, Federico Vadastapii, Petro Not.o de Loca, Ricardo Filuti, Francisco Tacii, Zigutto Tusco, Bertrando de Melso, Johanne Fulcherio Notario de Spegnimbergo, et ser Monachino fratre suprascripti Triofrii, Nicolao Not.o filio ser Zanne testibus omnibus Utini habitantibus, et aliis pluribus, in multitudine copiosa. Comparuerunt in pleno judicio coram suprascripto ser Leonardo judice deputato ut supra continetur, nec non suprascriptis ser Nicolao Not.o Magistri Gregorii, ser Nicolino de Artenea, et Magistro Jacobo aurifice de Montegnaco judicibus in criminalibus deputatis ut supra, suprascriptis D.ni Antonius capitaneus ex officio suo procedens, D.nus Fredaricus miles de Savorgnano, et Manfredus Dragerius Camerario nomine quo supra, ac Simon, et Johannes procuratoris nominibus quibus supra, et proposuerunt dicentes, quod alias per cridam citari fecerunt suprascriptos Leonardum de Andriotis, et Franciscum ser Missii per suprascriptum Dominicum preconem Comunis Utini, factam in Utino super Platea Comunis in loco consueto, et ante domos habitationum in Utino suprascriptorum Leonardi, et Francisci, ju-

xta

ac tenorem ipsum certarum in dictis locis affixarum scripturarumque
manu mei Jacobi not. infrascripti. Quatenus personaliter infra quin-
decim dies comparere deberent coram dicto ser Leonardo iudice depu-
tato ut supra, ad faciendum ipsorum excusationem de sceleratis pro-
ditionis tractatibus per ipsos Leonardum, et Franciscum factis,
et perpetratis in, et contra personam suprascripti Dni Federici
de Avorgnano, et nonnullorum aliorum civium de Terra Utini vo-
lentes ipsum Dnum Federicum facere decapitari de facto sine
sententia, iustitia, et ratione sub pretextu certarum falsarum
litterarum, que falso modo impingi debebant ipsi domino Fre-
derico in quibus contineri debebat, quod ipse Dnus Fredericus
habuit tractatum enormem cum certis inimicis Aquilegiensis
ecclesie, et specialiter Terre Utini aliter scientes, quod si
infra dictum terminum quindecim dierum non comparuerint
contra ipsos procedetur tamquam contra bannitos proditores
dicte Terre Utini, et dicti Dni Frederici, prout latius
et plenius in dictis citationibus continetur. Unde cum dicti
Leonardus, et Franciscus infra dictum terminum quindecim die-
rum non comparuerint, et dicti quindecim dies sint elapsi, ro-
gaverunt prefatum ser Leonardum iudicem deputatum ut supra
quatenus necesse deberet a suprascriptis iudicibus, et aliis cir-
cumstantibus sententialiter diffiniri, quod iuris sit super predictis.
Quo petente per dictos Dnos iudices, ceterosque alios circumstan-
tes omnes, penitus nemine discrepante sententiatur, et diffinitur

fuit

-uit, quod primo fieri debet ideo de termino superius alegato, et tunc ulterius sententiabitur qui Dnus Antonius Capitaneus, Dnus Fredaricus ac dicti Manfredus, Simon, et Johannes nominibus qui-bus supra, ad faciendum fidem de dicto termino superius alegato pro-duxerunt quandam Cedulam scriptam manu mei Jacobi Not.i infra-scripti in suprascriptis Millesimo, et indictione datam die XIIII. Martii presentis Mensis, et post quamdam relationem factam per Dominicum preconem comunis Utini suprascriptum scriptam manu mei Jacobi Not.i infrascripti in suprascriptis Millesimo, et Indictione, die penultimo presentis Mensis Martii. Quibus Cedula, et relatione sic productis, ac etiam ibidem lectis per di-ctos Dnos judices, et ceterosque omnes alios astantes petente dicto Ser Leonardo Judice deputato ut supra, sententiatum, diffinitum et pronunciatum fuit ipsos Leonardum, et Franci-scum esse contumaces, et quod iterato eisdem Leonardo, et Francisco prefixa, et de gratia speciali peremptorie assigna-ri debet unus alius terminus videlicet ad diem Lune pro-ximi futurum inter nonam, et desperas. Notificando eis, et cuilibet ipsorum, ac ipsos Leonardum, et Franciscum citando per gridam, fiendam in Utino super Platea Comunis in loco con-sueto, et ante domos in Utino habitationum dictorum Leo-nardi et Francisci alta voce precorio per cedulas, et in scriptis dimittendo affixas ipsas Cedulas ad Logiam Comunis, et ante domos in Utino, in quibus ipsis habitare solebant,

Quote

Quatenus personaliter comparere debent coram dicto Ser Leo-
nardo judice deputato ut supra, et aliis judicibus dicte Terre
Ulmi die Lune proxime futuro inter nonam . . . . ad au-
diendum si jurdice possunt facere eorum excusatione de iis omnibus quibus
ipsi Leonardus, et Franciscus in dictis citationibus intra xv dies gravan-
tur emanatis cum dicti xv sint elapsi, et nihilominus ad audien-
dum diffinitivam sententiam ferendam contra ipsos occasione premisso-
rum in dictis citationibus intra quindecim dies emanatis contentorum.
Aliter quod scire debeant ipsi Leonardus et Franciscus quod ipsi per-
sonaliter non comparentibus dicta die Lune, et hora ac loco co-
ram suprascripto Ser Leonardo judice deputato ut supra, contra
ipsos ipsorumque personas, res, et bona diffinitive procedatur tam-
quam contra falsos, et iniquos dicte Terre Ulmi et dictorum Dominorum
Frederici, et aliorum civium Terre Ulmi proditores secundum quod
juris ordo et consuetudo dicte Terre Ulmi contra falsos prodito-
res procedere postulat, et requirit, que citationes per cridam
sic facte tantum valeant quantum si dicti Leonardus et Franci-
scus personaliter citati essent. Qua sententia sic lata et vigore ipsius
predictus Ser Leonardus, judex deputatus ut supra, eisdem Dominis Ca-
pitaneo, Domino Gerardo ac Manfredo, Simone, et Johanni eorum
nominibus dedit, et assignavit Dominicum, Zabrinum, Corincum Di-
drussinum, et Rautinum precones Comunis Ulmi absentes tamquam
presentes, et quemlibet ipsorum in solidum mandans eis, et cuilibet
ipsorum in solidum quatenus facere ~~facere~~ debeant juxta dictam
latam sententiam.

31 marzo

Citatio per cridam

Ab egregio, provido, et circumspecto viro ser Leonardo de Utino, publico iuri de arcto Camerae tamquam judicis ad hunc actum sententialiter deputati loco prudentis viri Domini Antonii de Zando de Vincentia honorabilis Terrae Utini Capitaneo pro Reverendissimo in Christo Patre et Domino nostro Domino Iohanne de Moravia dignissimo Aquilegiensi Patriarcha notificatur per Dominicum preconem communis Utini ad instantiam, et petitionem supradicti Domini Antonii Capitanei ut supra ex officio suo procedentis, et procedere volentis, ac providorum virorum, Manfredi Draperii quondam Laurentii de Utino tamquam Camerarii, et Simonis, quondam Ser Nicolai Missii de Percholo, et Johannis quondam ser Federici Ottacini de Utino tamquam procuratorum Communis Utini. Nec non ad instantiam, et petitionem Nobilis, et Egregii Militis Domini Federici de Savorgnano Leonardo quondam ser Michelussii de Provinis de Utino, et Francisco filio ser Missii de Ramanzacho. Quod cum ex parte dicti ser Leonardi judicis deputati ut supra ad instantiam, et petitionem dictorum Domini Capitanei ex officio suo procedentis, ac Manfredi Draperii tamquam Camerarii, ac Simonis et Johannis Ottacini procuratorum nominibus quibus supra, ac dicti Domini Federici alias citati fuerunt ipsi Leonardus, et Franciscus per cridam factam per dictum Dominicum preconem in Utino super platea communis in loco consueto et ante domos in Utino dictorum Leonardi, et Francisci habitationum juxta tenorem cridarum certarum in dictis locis affixarum, scripturarumque manu mei ja

cost

cobi Not. infrascripti. Quatenus comparere deberent personali-
ter coram dicto ser Leonardo judice deputato ut supra infra quinde-
cim dies ad faciendum earum excusationes eorum sceleratis prodito-
ris tractatibus per ipsos Leonardum et Franciscum factis et
perpetratis in et contra personas dicti dni Fredavici, et non-
nullorum aliorum civium de Terra Utini, volentes ipsum do-
minum Fredavicum facere decapitari preter bonum, et equum
falso modo, et sine sententia, justitia, et ratione, tamquam pro-
ditorem, ut asserebant Ecclesie Aquilegiensis et Terre Utini sub
pretextu certarum falsarum litterarum, que falso modo impingi
debebant ipsi dno Fredavico prout plenius et latius in dictis
citationibus emanatis infra quindecim dies continetur. Unde
cum dicti Leonardus et Franciscus infra dictum terminum
quindecim dierum non comparuerint ad faciendum ipsorum
excusationes de hiis omnibus, quibus ipsi Leonardus et Fran-
ciscus in dictis citationibus alias infra quindecim dies
emanatis ratantur, et notati sunt, et dicti quindecim dies sint
elapsi, ex nunc prout ex tunc notifficatur eidem Leonardo, et
Francisco, et cuilibet ipsorum quod presens terminus eis datur
et assignatur peremptorie, et de gratia speciali, ac per teno-
rem presentis citationis citantur ipsi Leonardus et Franciscus
quatenus personaliter comparere debeant coram dicto ser Leo-
nardo judice deputato ut supra ac aliis judicibus Terre
Utini

Urbini sub Loggia Communis die Lune proxime futura inter horam et
vesperas ad faciendum ipsarum excusationes [illegible], qui-
bus dicti Leonardus et Franciscus in dictis citationibus infra
quindecim dies emanatis vocantur. Et nihilominus ad audiendam
diffinitivam sententiam contra ipsos [illegible] [illegible]
sorum; [illegible] ipsi Leonardus et Franciscus [illegible]
personaliter [illegible] coram [illegible] dicto Ser Leonardo judici
ut deputato ut supra, dicta die Lune, et hora ac loco contra
ipsos ipsorumque personas res et bona diffinitive procedetur,
tamquam contra falsos et iniquos dicte Terre Urbini, et dicto-
rum Dominorum predatores, et aliorum civium de Terra Urbini prodito-
res secundum quod juris ordo, et consuetudo dicte Terre Urbi-
ni contra [illegible] proditores procedere postulat et requirit.
Et predicta proclamentur per dictum preconem in Urbi-
supra platea Communis in loco consueto, et ante domos in Urbi-
no, in quibus ipsi Leonardus et Franciscus habitant [illegible]
[illegible] cedulas tres unius et ejusdem tenoris affixas in-
mittendo que citationes per eosdem sic facte tantum valeant
quantum si dicti Leonardus et Franciscus personaliter ci-
tati essent, et eisdem predicta omnia personaliter essent
notificata prout datum est per laudum, et sententiam coram
suprascripto Ser Leonardo judice deputato ut supra per dictos
Dominos judices, ceterosque alios omnes astantes. Datum Urbini

cic

die [illegible] mensis [illegible] indictione undecima [illegible] [illegible] trecentesimo [illegible] [illegible].

1 aprile
Item suprascriptis millesimo et indictione, die mercurii prima mensis Aprilis. Actum [illegible] sub parva logia comunis presentibus [illegible]

Relatio suprascripte cedule

dis viris ser Martino not. q. [illegible] Thomasini, Venzulino q. Iacobi olim magistri Iulini, Iohanne Missulini, Iohanne Gualcherio not. de Spegrinbergo, Francisco not. Canthi, Leonardo not. q. Iacobi Strauche testibus omnibus [illegible] habitantibus, et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis. Suprascriptus Dominicus preco comunis [illegible] ex sacramento sui officii retulit et dixit mihi, Iacobo not. infrascripto, se ex parte et mandato suprascripti ser Leonardi iudicis deputati ut supra ad instantiam et petitionem suprascriptorum Dni Antonii Capitanei ex officio suo procedentis Dni Fredarici militis de Savorgnano et Manfredi Draperii camerarii, et Simonis et Iohannis [illegible] procuratoris nominibus comunis [illegible] proclamare alta voce precomia super platea comunis [illegible] et ante domos in [illegible] in quibus dicti Leonardus et Franciscus habitare solebant iuxta tenorem trium cedularum tenoris proxime suprascripte cedule, ipsasque cedulas unam ad logiam comunis [illegible] in loco consueto et alias duas, videlicet unam ad domum in [illegible] ubi dictus Leonardus habitare solebat, et aliam ad domum habitationis dicti Francisci affixas dimisisse, et suprascriptis Leonardo et Francisco ex parte dicti ser Leonardi iudicis deputati ut supra mandasse quatenus facere deberent prout in ipsis cedulis continebatur, et predicta dixit et retulit idem Dominicus fecisse die externa proxime preterita.

Item

6. aprile

Item suprascripto millesimo, et indictione die Lune sexto mensis Aprilis. Utini sub magna Lozia comunis presentibus sapientie Dd. d'istul, et circumspectis ac discretis viris Dno Andrea de Monticulis in iure civili licentiato Dnis Simone Milite de Colloreto, Mustiino de Turre, ... uzo de Villalta, Ser Blasio de Lesono Ser ... de Turra, ... Notario ..., Ser ... de ..., ... Ser Blasio de Bomberiis, Ser Nicolao de Gabrielis, Ser Nicolao Notario Marini, Stephano Bertholini, Ser Marachino, et ... fratribus, Ser Petro de ..., Ser Simone q. Ser ... de ... zanea, Ser Nicolao de ..., Francisco Ser Ragneri, Ser Francisco de Cavalcantibus, Ser Thomado Ranchoni, Ser Martino Not. Thomasini, Laurentio Not. Arputi, Ser Nicolao q. Ser Nicolussij de Percholo, Ser Johanne q. Ser Odorici ..., Francisco q. Ser Odorici de Percholo, Machoro q. Ser Philippi de Romanis, Leonardo Not. Dominici Nicolussio ..., Ser Zanni Francisco Fredomiani, Jeronimo Not. filio Magistri Dominici fantiniis, Candido Thomasini, Candido Not. de Tarcento, Leonardo Not. Jacobi, Francisco Not. Becini, Blassio Magistri Lazari, Valentino Not. de Camino, Xphoro Porcario q. Zignoti, Nicolao Candido speciarii, Ser Nicolao de Savorgnano, Francisco Not. Nicolussii, Michaele speciarii, Bartolomeo Pelipario Cortoni, Xphoro filio Ser Colusse de Bomberiis, Cichutto Sartore, Antonio Rovoli, Antonio q. Patri Antoni, Matheo Not. Gabriele de Bogno, Jeronimo Sartore a Puteo, Leonardo Not. q. Patri olim Ser Jealdi, Leonardo Sartore

Sententia diffinitiva contra suprascriptos Leonardum et Franciscum

De

de Vilalta, Jacobo speciario della stazon, Johanne filio ser Co-
lusse de Bomberiis, Antonio Aurifice q. Johannis, Gregorio Strat
Francisco Pacis, Nicolao q. Jacobi Zotis, Petro q. Bertholi
de Florentia, Leonardo Petri Bulli, Antonio Brunacii, Fran-
cisco Cerdone de Solar, Andrea Brunacis, Petro Dee, Petro Bar-
bevio, Lodovico sellario a machinis, Nicolussio Vitis, Francisco
Carnello, Johanne Vascausure, seu Zanno de Burgo, Petro q.
Leonardi Brede, Petro Bulcardi, Ambrosio q. Magistri Lazari
testibus omnibus Utini ad presens habitantibus et aliis
pluribus in multitudine copiosa. Comparuerunt in pleno
judicio coram suprascripto Ser Leonardo judice de ... ut
ut supra continetur, nec non suprascriptis Ser Nicolao ...
Magistri Gregorii, Ser Virtino de Artenea, et Magistro Jacobo
aurifice de Montagnaco judicibus dicte Terre Utini in crimi-
nalibus deputatis ut supra continetur. suprascriptis Domi-
nus Antonius Capitaneus ut supra ex officio suo procedens
et Dominus Fredericus miles de Savorgnano, ac suprascriptus
Mainfredus Draperius Camerarius, et camerario nomine Com-
munis Utini, et Johannes q. Ser Lodovici Macini Procurato-
rio nomine dicti Communis Una cum suprascripto Simone de Ver-
zoto ... absente, et proposuerunt dicentes quod alias per
Ceidam prout Laudo et sententia mediantibus extitit dif-
finitum citari fecerunt suprascriptos Leonardum de Andriot-
tis, et Franciscum filium ser Missii de Remanzacco per su-
pras.

prascriptum Dominicum preconem comunis Utini factam in Utino
super platea comunis in loco consueto, et ante domos in Utino,
in quibus ipsi Leonardus et Franciscus habitare solebant
juxta tenorem trium cedularum tenoris suprascripte cedule
in dictis locis affixarum scriptarumque manu mei Jacobi
Not. infrascripti, quatenus personaliter infra quindecim
dies comparere deberent coram dicto ser Leonardo judice depu-
tato ut supra ad faciendum ipsorum excusationes de scelera-
tis proditoriis tractatibus per ipsos Leonardum et Fran-
ciscum factis et perpetratis in et contra personas supra-
scripti Dni Fredarici, et nonnullorum aliorum civium di-
cte terre Utini volentes, et tractantes ipsorum Dnum
Fredaricum facere decapitari de facto sine sententia, ju-
stitia, et ratione sub pretextu certarum falsarum litterarum,
que falso modo impingi debebant ipsi Dno Fredarico, in
quibus contineri debebat, quod ipse Dnus Fredaricus habe-
ret tractatum enormem cum certis emulis S[an]cte Ec-
clesie, et specialiter Terre Utini &c. aliter scientes, quod
si infra dictum terminum quindecim dierum non comparue-
rint contra ipsos et ipsorum quemlibet, ac ipsorum, et cujus-
libet ipsorum res, et bona procedetur tamquam contra falsos,
et iniquos proditores dicte Terre Utini ac dicti Dni Fredari-
ci, et certorum civium ~~dicte~~ de Terra Utini prout latius et
plenius in dictis Stationibus tenoris suprascripte citationes

infra

infra quindecim dies emanatis continetur; et transactis dictis quin-
decim diebus per ipsos Dnum Capitaneum ex officio suo procedentem
et Dnum Fredericum, et Simonem, et Johannem nominibus quibus
supra sententialiter fuit ostentum coram suprascripto Ser Leo-
nardo Judice deputato ut supra, quod ipsi iterato notifficari et
citari facere debeant prout fecerunt ipsos Leonardum et Fran-
ciscum per cridam factam in Utino super platea Comunis in
loco consueto, et ante domos in Utino, in quibus ipsi Leonardus
et Franciscus habitare solebant, per cedulas et in scriptis qua-
tenus personaliter deberent comparere coram dicto Ser Leonardo
Judice deputato ut supra hodierna die, et hora ad faciendum
ipsorum excusationes de his omnibus, in quibus in dictis ce-
dulis infra quindecim dies emanatis vatantur, prout in
suprascriptis sententiis, cedulis, ipsarumque relationibus scrip-
tis manu mei Jacobi Nti. infrascripti plenius continetur,
et latius declaratur. Unde cum dicti Leonardus et Franciscus
citati peremptorie et de gratia speciali hodierna die, et hora
infra dictum terminum quindecim dierum in dicto termino
hodierna die et hora eis prefixa, et peremptorie assignato
non comparuerint nec compareant, et hora dicti termini ho-
dierni sit, et preterita videatur, rogaverunt prefatum Ser
Leonardum Judicem deputatum ut supra, quatenus petere de-
beret a suprascriptis Dnis Judicibus et aliis circumstanti-
bus sententialiter diffiniri, quid juris sit super predictis.

Quo

d[n]o petente per dictos D[omi]nos Judices, primo habito consilio a circum=
stantibus, ac etiam per omnes circumstantes penitus nemine discrepante
sententiatum et diffinitum fuit, quod primo per ipsos D[omi]num Capitaneum
ex officio suo procedatur contra D[omi]num Fredericum, ac Manfredum, et
banniem dictis nominibus debet fieri. fides de sententiis, et cedulis
ipsarum relationibus per ipsos superius alegatis et tunc ulterius
sententiabitur sicut ibidem bene et legitime fidem fecerunt de
predictis, ut exhibit sententiatum per dictos D[omi]nos Judices, cete=
rosque omnes alios circumstantes, - Et primo per quamdam sen=
tentiam latam coram suprascripto Ser Leonardo Judice depu=
tato ut supra contra dictos Leonardum, et Franciscum ad
faciendum citari ipsos Leonardum, et Franciscum infra quindecim
dies ad faciendum ipsorum excusationes, ut in ipsa sententia
scripta manu mei Not. infrascripti in presenti Millesimo,
et Indictione. die tertio decimo Mensis Martii plenius contine=
tur, et per quamdam cedulam emanatam vigore dicte sententie
infra quindecim dies scriptam manu mei Jacobi Not. infrascrip=
ti in presenti Millesimo, et indictione datam die quartodecimo
mensis Martii, et per quamdam relationem dominici precon[is]
Comunis [illegible] scriptam manu mei Jacobi Not. infrascripti
in presenti Millesimo, et Indictione die penultimo Martii,
et per quamdam aliam sententiam obtentam ad faciendum pre=
fixe ipsos Leonardum et Franciscum citari, scriptam manu mei
Not. infrascripti in dicto Millesimo, et Indictione die Martii ul=

timo

primo Martij, et per quamdam cedulam scriptam manu mei S. Not. infra=
scripti in presenti Millesimo, et Inditione datam die Martis ultimo Mar=
tij emanatam vigore dicte sententie dictis Leonardo, et Francisco, et
per quamdam relationem dicte cedule Dominici preconis Comunis [illegible]
scriptam manu mei Jacobi Not. infrascripti in presenti Millesimo,
et Indictione die primo mensis Aprilis ibidem productas et exhibitas pro=
ut plenius et latius in suprascriptis sententiis, cedulis, ipsarumque
Relationibus declaratur, et continetur, ita, et taliter, quod antequam
ad ulteriora procedatur ipsis Leonardo, et Francisco, et cuilibet
ipsorum mandari debet per dictum Dominicum preconem per cridam
per eum fiendam preconia voce juxta scalas ante Logiam magnam
Comunis in loco consueto prout vsitatum est, quatenus ipsi Leonardus,
et Franciscus statim comparere debeant coram dicto Ser Leonardo
iudice deputato ut supra ad faciendum eorum excusationes de his
omnibus in quibus in dictis Citationibus infra quindecim dies
emanatis continetur, et de quibus ipsi citantur, et citati sunt
aliter scientes, quod si non comparuerint contra ipsos, et ipso=
rum quemlibet procedetur prout dictaverit ordo juris, prout
ibidem dictus Dominicus preco mandavit ipsis Leonardo, et Fran=
cisco per cridam per eum factam in suprascripto, et determinato
loco omnibus de judicio audientibus, et prout ibidem coram dicto
Ser Leonardo judice deputato suprascriptis judicibus, et presen=
tibus testibus suprascriptis idem Dominicus preco ex. ....
iuramento sui officii retulit, et dixit se mandasse per cridam
dictis Leonardo et Francisco ut supra dictum est. Qua rela=
tione per dictum Dominicum sic facta per ipsos dominos ...

cas ceterosque omnes alios circumstantes penitus nemine discrepante sententiatum et diffinitum fuit, quod dicti Leonardus et Franciscus et quilibet ipsorum remanere debeant pro confessis de hiis omnibus contentis in supra scriptis citationibus infra quindecim dies emanatis continetur de quibus ipsi Leonardus, et Franciscus rapti sunt et rapientur ac si ipsi et quilibet ipsorum sponte et viva voce confessi fuissent contenta in dictis citationibus infra quindecim dies emanatis tenoris suprascripte cedule, et quod a modo in antea prefati Leonardus et Franciscus, et quilibet ipsorum sint, et esse debeant perpetualiter banniti, et in bannum perpetuale Terre Utini eiusque districtus, et Capitaneatus, et etiam districtus Aquilegiensis ecclesie, et patrie Forijulii tamquam proditores dicte terre Utini, et suprascripti domini Fredarici et certorum civium dicte terre Utini. Ita, et taliter quod per quecumque tempora ipsi Leonardus et Franciscus et quilibet ipsorum pervenirent ad manus domini Capitanei ipsius Terre Utini, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, debeant strascinari per terram Utini tamquam proditores dicte Terre Utini et prefati domini Fredarici ut supra dictum est, et tunc suspendi ad furchas taliter quod moriatur, et quod omnia ipsorum bona mobilia, et immobilia applicari, et confiscari debent Comunitati Terre Utini prout et fidem per sententiam ipsorum judicum, et omnium astantium dicta ipsorum Leonardi, et Francisci, et cuiuslibet ipsorum bona mobilia, et immobilia applicata et confiscata fuerunt dicte Comunitati terre Utini ita et taliter quod prefata comunitas Terre Utini seu Camerarius

ipsius

ipsius Comunitatis possit, et valeat, ac debeat se totaliter impe-
dire de ipsorum Leonardi et Francisci, et cujuslibet ipsorum
bonis mobilibus, et immobilibus juribus, et actionibus tamquam
re propria dicte Comunitatis. Qua sententia sic lata supra-
scriptus Manfredus tamquam Camerarius, et Camerario nomine pre-
fate Comunitatis terre Utini rogavit suprascriptum ser Leonardum
judicem deputatum ut preterea decerret per sententiam a dictis
Dominis judicibus et aliis circumstantibus si eidem dicto nomine da-
ri, et assignari debent nuncii, et precomis Comunis Utini ad ip-
sum Manfredum dicto nomine ponendum, et inducendum in tenu-
tam et corporalem possessionem omnium, et singulorum bonorum
dictorum Leonardi, et Francisci, et cujuslibet ipsorum. Quo pe-
tente per dictos Dominos judices ceterosque omnes ibi astantes,
penitus nemine discrepante sententiatum fuit quod sic. Vigore
cujus sententie prefatus ser Leonardus judex deputatus ut su-
pra eidem Manfredo dicto nomine in nuncios, et pro nunciis
dedit et assignavit suprascriptum Dominicum preconem Comunis
Utini ibidem presentem, et omnes alios precones dicti Comunis ab-
sentis tamquam presentis mandans eis et cuilibet ipsorum quate-
nus faciant juxta dictam latam sententiam.

7. aprile

Item suprascriptis Millesimo, et Indictione die septimo mensis Aprilis
Actum Utini sub magna Lozia Comunis presentibus providis
viris ser Nicolao de Gabrielis, ser Nicolao Not. q. ...
Andrea qm. Vigonti Brunacii, Antonio Not. q. Francisci,
Francisco Not. de Grasolinis, Leonardo Not. Dominici, Johan-
ne Vestanzura, Leonardo Not. Jacobi, Francisco Not. Nicolai

Relatio Dominicis preconis Comunis Utini qualiter pro-
clamavit suprascriptos Leonardum, et Franciscum in bannum perpetuale secun-
dum quod continetur in suprascripta sententia etc.

sri

xii; Lodovico Notº de Carnea, Francisco Nobl. Lanciii, Leonardo
dict. qm. Petri Sechbut omnibus Utini habitantibus, et aliis plu-
ribus in multitudine copiosa. Ibique coram suprascripto Ser
Leonardo judice deputato ut supra, et Dño Antonio Capitaneo
Terre Utini constitutus preco Dominicus Comunis Utini
ex Sacramento sui officii retulit, et dixit mihi Iacobo Notº
infrascripto, quod die externa proxime preterita proclama-
vit alta et preconia voce suprascriptos Leonardum et
Franciscum Ser Prissii in Utino super platea Comunis ju-
xta gresam farine, et ante domos in Utino habitationis
dictorum Leonardi, et Francisci in bannum perpetuali Ter-
re Utini ejusque districtus, et Capitaneatus, et etiam Di-
strictus Aquilegiensis Ecclesie tamquam proditores Terre
Utini, et suprascripti Dñi Fredarici eisque notificando per
Cridam alta voce per eum factam in suprascriptis locis,
quod per queque tempora ipsi Leonardus et Franciscus
pervenirent ad manus Dñi Capitanei Terre Utini, qui
modo est, vel pro tempore fuerint, debent stascinari per
Terram Utini tamquam proditores, ut supra, et tunc suspen-
di ad furchas taliter quod moriatur &c.

19

19 marzo

Confessio ser Missii de Remanzacco Utini habitantes

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo tri-
gentesimo octuagesimo octavo, indictione undecima, die Jovis de-
cimo nono mensis Martii. Actum Utini in palatio Patriar-
chalis Castri Utini in Camera quadam Turris dicti Castri,
presentibus providis viris ser Nicolaus de Gabrielis, ser
Nicolaus Not.o Marini, ser Francisco de Cavalcantibus,
ser Francisca, ser Ragnerii, Onofrio de Panzano, ser
Leonardo Feros, Johanne q.m ser Federici de Cagarea,
Nicolussio filio ser Zuane de Burgo, Gregorio Zigarotti,
Ricardo Dilutti testibus omnibus Utini habitantibus et aliis
pluribus.

Providus ser Missius de Ramanzacco civis Utinensis detentus in
fortia et Baglia prudentis viri Dni Antonii de Vando
de Vincentia honorabilis Capitanei Terre Utini pro
Ill.mo Principe, et Rev.mo Patre et Dno Dno Johanne
Marchione Moravie, et Sancte Aquilegiensis ecclesie di-
gnissimo Patriarcha, et constitutus ad presentiam dicti
Dni Capitanei, nec non providorum virorum ser Nicolai
Nic.i q.m Magistri Gregorii, ser Pintini de Artenea, et Magistri
Nicolai Enrici de Montagnacho iudicis deputati loco providi viri
ser Henrici de Vaona non volentis ad infrascripta personaliter
interesse, honorabilis iudicis predicte Terre Utini una cum supra-

scriptis

scriptis. Ser Nicolao Not.o Magistri Gregorii, et Ser Sant-
nus de Artenea pro anno presenti, nomine, et accasione dicti
causa tractatus, qui nephandissime, et inepto, ac proditorio mo-
do tractabatur, et perpetrabatur in et contra Nobilem et egre-
gium Militem Dnum Fedaricum de Savagnano, eiusque per-
sonam volendo ipsum Dnum Fedaricum facere mori nephandissi-
me inepto, et proditorio modo, de quo tractatu idem Ser Missus
tractatur, et incusatur. Et interogatus idem Ser Missus per
dictos Dnum capitaneum et judices quid sciret, et sciverit, ac
sentiverit ipse Ser Missus de dicto tractatu, et per quem seu
quos mors ipsius Dni Fedarici tractabatur, et perpetrabatur
et per quam modum, seu quomodo, et qui instabant dicto tra-
ctatui; qui vero Ser Missus sponte, et non coactus dixit,
et confessus fuit, et respondit in hunc modum, quod erat unus
annus elapsus vel idcirca quod Franciscus eiusdem Ser Missi
filius eidem Ser Missi Patri suo dixit quod mors ipsius Dni
Fedarici tractabatur, et tractata erat per Dnum Patriarcham
Jerosolomitanum, Dnum Petrum Maurazino, Leonardum, et
ipsum Franciscum in hunc modum videlicet quod ipse
Dnus Patriarcha ostendere volebat una cum dictis Ser
Petro, Leonardo, et Francisco, quod ipsum Dnum Fedari-
cum tamquam proditorem punire volebat et tamquam perso-
nam, que mortem meruerat sub colloribus certarum falso-
rum Litterarum que impingi et imponi debebant ipsi Dno

Freda

Fredarico, et primo videlicet dixit dictus, in missivis eidem Dno
Fredarico imponi debebat, quod ipse Dnus Fredaricus habebat
cum Dno Onrico Vitruvium certum malum tractatum, sed quomodo,
et qualiter erat dictus tractatus, dixit se non bene recordari qualiter
dictus Franciscus ejus filius sibi dixerat, sed de dicto tractatu de
bebat ostendi quedam littera mala, et non vera. Secundo quod de
bebat imponi eidem Dno Fredarico, quod terra Sacili ad manus
Dni Padue pervenerat occasione, et ex tractatu dicti Dni Fredarici
in hunc modum dicendo, quod prefatus Dnus Fredaricus scripsit
quasdam litteras certis suis amicis de terra Sacili; occasione qua
rum litterarum ipsi amici sui de Sacilo dederant terram
Sacili in manibus Dni Padue seu servitorum suorum, qui tunc tem
poris erant in obsidione ipsius terre Sacili et hoc fuerat ex tracta
tu prefati Dni Fredarici. Tertio imponi debebat quod ipse Dno
Fredarico, quod ostendi debebat, per dictum dominum Zachar
iam Gevosdimitanum, et ipsos Dnum Petrum Marrocono, Leo
nardum Andriotis, et dictum Franciscum, quedam alia falsa,
et non vera littera, que appareret dirigi ipsi Dno Fredarico
de Savorgnano per Dnum Guilielmum de Curtarodulo, in qua
debebat contineri certum tractatum, quem ipse Dnus Freda
ricus habebat cum dicto Dno Guigelmo de Curtarodulo ostendo
magnifico Dno Padue de proditione terre Utini, que littera
etiam ostendi debebat hominibus et popularibus Utini dicendo
videlicet: ecce nos habemus proditorem, et dixit idem ser
missivis quod nunquam vidit dictas litteras, sed predicta au
divit dici a prefato Francisco ejus filio, et quas litteras

Dixit

dixit dictus Ser Missius, quod credebat, et non dubitabat fuis-
se, et esse fictitias, et non veras, et dixit idem Ser Missius quod
predicta dici audivit à prefato Francisco eius filio post terre
Sacili amissionem. Interogatus per dictos Dnum Capitaneum
et judices quid dictus Ser Missius eidem Francisco suo filio
respondit cum sibi suprascripta verba dicebat, et narrabat qui
quidem Ser Missius dixit et respondit quod eidem Francisco
respondit, dicendo quod sibi videbatur fieri predicta, et eidem
Fransco suasit, ut prosequi debebat dictum tractatum. Intero-
gatus idem Ser Missius per dictos Dnum Capitaneum, et judi-
ces si dictus Franciscus postmodum sibi aliquid de dicto tra-
ctatu dixit, respondit idem Ser Missius, quod sic pluribus
vicibus, et quod continue ipse sibi suasit ut deberet prosequi
dictum tractatum unaa cum dictis Dno Patriarcha, Petro
Maurozeno, et Leonardo de Andriotis. Interogatus idem Ser
+ dominum Capitaneum et iudices, si ipse Ser Missius umquam solicitavit super dicto tractatu
Missius per dictos + Dnum Patriarcham Jerosolimitanum pre-
dictum, respondit quod non sed dixit, et confessus fuit
idem Ser Missius, quod pluribus vicibus super dicto tra-
ctatu solicitavit prefatum Dnum Petrum Maurozeno de mane,
et sero, Interogatus quid sibi respondebat dictus Dnus
Petrus cum sibi dicebat de dicto tractatu. Respondit, et
dixit idem Ser Missius, quod idem Ser Petrus responde-
bat dicendo nos bene faciemus. Et dixit, et confessus fuit
ulterius idem Ser Missius quod dictus Franciscus eius fili-
us sibi jam habuit dicere, quod dictus Dnus Petrus Mauro-
zeno habere debebat unum ex Castris Dni Fredarici pre-

dicti,

dicti, et prout credebat castrum de Zuccolis, et quod dictus Dnus Patriarcha sibi in feudare debebat, ac promiserat si dictus tractatus posset procedere. Interogatus dictus Ser Missius per dictos Dnum Capitaneum, et judices, si dictus Leonardus de Andriotis sibi aliquid unquam dixit de dicto tractatu. Respondit idem Ser Missius: quod sic in hunc modum videlicet quod quadam die post verba predicta sibi narrata, et dicta per dictum Franciscum ejus filium dictus Leonardus de Andriotis in domo ipsius Ser Missii sibi habuit dicere, quod Dnus Patriarcha Jerosolomitanus volebat facere justitiam, et rationem de Dno Fredarico de Savorgnano dicendo eidem Ser Missio, quod cum aliquid sentiret deberet ire ad plateam, qui Ser Missius dixit, quod eidem Leonardo tunc respondit dicendo: Ego pervensabo super hoc, et dixit quod in animo suo immaginaverat cum aliquid sentiret de predictis, quod volebat ire ad quasdam suas areas causa evitandi rumorem.

Confessio filii Ser Missii de Remanzaco Utini habitantis videlicet Francisci &c.

2. maggio

In Xpi Nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo Tricentesimo octuagesimo octavo indictione undecima die Sabati secunda mensis Maij. Actum in Castro Utini in tinello novo Patriarchalis Palatii presentibus providis, et circumspectis viris, Ser Nicolao de Gabrielis, Ser Francisco de Cavalcantibus, Johanne qm. Ser Fedarici de Fagarea, Ser Leonardo Seros de Sancto Daniele, Ambrosio qm. Ser Johannis de Panzano, &c.

Ambrosio

iusso filio ser zanni, Xphoro Zignoti, Manfredo Drapersio, Vicardo Dilutti testibus omnibus Utini habitantibus, et aliis pluribus

Franciscus filius ser Michil de Ramanzaco civis utinensis detentus in forbo, et Baylia prudentis viri Dni Antonii de Vando de Vincentia honorabilis Capitanei Terre Utini pro Ill.mo Principe ac Revd.mo Patre, et Dno Dno Johanne Marchione Moravie, et Sancte Sedis Aquilegiensis Patriarcha dignissimo, et Captivus in dicto Carcere, ac constitutus ad presentiam dicti Dni Antonii Capitanei, nec non providorum virorum ser Martini Not.o Tomasini judicis deputati loco providi viri ser Nicolai Not.o Magistri Gregorii nunc a Terra Utini absentis, ac ser Tintini q.m ser Johannis de Artenea habitantis in Mercato veteri et Magistri Jacobi Aurificis q.m ser Francisci de Mortagnaco Utini habitantis judicis deputati loco providi viri ser Henrici de Prona non volentes ad hunc actum propter affinitatem conjunctam dicti Francisci aliqualiter interesse, honorabilium judicum prefate Terre Utini pro anno presenti. Nomine et occasione, et ex causa tractatus, qui nefandissime, ac inepto et proditorio modo tractabatur, et perpetrabatur contra nobilem et egregium militem Dnum Fredarium de Savorgnano ejusque personam, et nonnullorum aliorum civium prefate Terre Utini, delendo ac volendo prelatum Dnum Fredaricum facere mori, nephandissime et proditorio modo, et certos alios cives Terre Utini prelibate, de quo tractatu idem Franciscus tractatur, et criminatur. Et interrogatus idem Franciscus per dictos Dnum Capitaneum et judices quid sciret, sciverit, ac senserit ipse idem Franciscus de dicto tractatu, et per quem seu quos modos

ipsius

ipsius Dni Fredarici tractabatur, et perpetrabatur, et per quem modum, et qui instabat dicto tractatui. Qui vero Franciscus sponte et non choactus dixit et confessus fuit prout inferius continetur.

Et primo videlicet dictus Franciscus dixit et confessus fuit, quod aliquibus diebus postquam ipse Franciscus reddit et venit de Florentia Utinum, ubi fuit captus tempore sui redditus a Curia Romana ubi fuerat, et fuit missus Ambaxiattor, quadam die Dnus Petrus Maurozana tunc temporis provisor in Utino pro ducali dominio Venetorum convitavit prelibatum Franciscum, ut secum deberet ire cenatum, dicendo quod Leonardus de Andriottis etiam debebat cenare secum; in qua cena interfuerunt dictus Ser Petrus Maurozeno, Leonardus de Andriottis de Utino, Bernardus [illegible] Cancellarius prelati Dni Petri, quidam Papa suus familiaris, ac dictus Franciscus; et [illegible] cena, et licentiato dicto Papa per eundem Ser Petrum, tunc prefatus Dnus Petrus Maurozeno habuit exprimere hec verba dictis Leonardo de Andriottis, et Francisco, quod erant aliqui tractatus, qui tractabantur, etsi super quibus non providebatur Patria Forijulii mutaret statum dicendo: in bona fide ego dico vobis sic, quod si ista Patria mutaret statum, et habaret malum tangeret vobis duobus personis sicut alteri alie personae: cui Dno Petro prefatus Franciscus dixit quod habuit [illegible] respondere dicendo: Dni. Petre ita non spectant ad nos, quia sumus parvi, et pauperi cives hujus terre Utini, sed ad faciendum justitiam, et rationem sumus parati ad faciendum nostrum posse.

Item prefatus Franciscus dixit, et confessus fuit quod in crastina die sequenti post predicta dum ipse Franciscus esset super platea Comunis vidit Leonardum de Andriottis de Utino in capite

sau

seu sumitati vie, seu Sidrone di sub monte versus plateam Comunis Utini ad quem Leonardum idem Franciscus accessit prout dixit, cui Leonardo ipse idem Franciscus habuit dicere; quid ipse ibi faceebat, cui Francisco ipse Leonardus respondit dicendo; ego facio quod ego me consumo, quia nos tractimur et decipimur dicendo, et quis facit et tractat nos persona sua non valet, quatuor parvulos. Cui Leonardo dictus Franciscus respondit dicens: Leonarde de quo dicitis, cui Francisco dictus Leonardus respondit dicendo, quod ipse dicebat de Dno Fredarico de Savorgnano. Et tunc dictus Franciscus idem Leonardo habuit respondere dicendo: Leonarde non sumatis vobis tam magnum onus super vos, quia sumus parvi, et pauperi cives, et ista non tangunt nec spectant solummodo ad nos, sed spectant etiam Dno Patriarche et omnibus Civibus Terre Utini et toti Patrie Foriiulii: dicendo idem Franciscus ulterius contra prefatum Leonardum: in bona fide Leonarde iste res non sunt parvi periculi, et non ponende a caval a caval sicut creditis, cui autem Francisco dictus Leonardus respondit dicens in bona fide Francisce non est alicujus periculi, si Dnus Patriarcha Jerosolimitanus facere vult illud, quod dicit se facturum, et velle facere; et tunc dictus Franciscus habuit respondere dicto Leonardo dicendo, quod dicit Dnus Patriarcha se facturum et velle facere. Et dictus Leonardus, ordem Francisco respondit dicendo Dnu Patriarcha facere vult unam literam fictitiam, et non veram, que appareat, et ostenderetur missi per quemdam de Cortavoddolo Civitatensibus confortando ipsos quod deberent stare Illares, et de bono sensu, quia habebantur a Dno Fredarico de Savorgnano res quod in brevi tempore ipsi Civitatenses haberent contrarium intentionem et quod Dnus Patriarcha dicet, quod unus suus Caballarius acceperit dictam literam missam nuncio ipsam portanti

lanti Cividatum. Dicendo idem Leonardus sibi, ulterius nos dedimus mo-
dum et ordinem, quod habendo dictam literam fititiam et non veram, et
certas alias litteras, quod dictus Dnus Patriarcha habet . . . .
. . . . et etiam stipendiarios qui sunt in Utino et in Spegnim-
bergo nullum periculum erit, et quod veniente prefato Dno Patriar-
cha ad plateam cum dicta littera fititia, et aliis litteris quas habet
secundum modum, et ordinem datum ipsasque litteras ostendendo
coram populariorum Utinensibus nullus erit qui non dicat crucifi-
ge eum, crucifige eum, et hiis verbis dictis et naratis per dictum
Leonardum dictus Franciscus dixit, quod sibi tunc habuit respon-
dere dicendo Leonarde istud factum non placet mihi et rogo vos
quod rogare et instare debeatis prefato Dno Patriarche,
quod si aliquid facere vult contra prelatum dnum, predic-
tum faciat cum justitia, et ratione cui Francisco dictus
Leonardus tunc habuit respondere dicendo in bona fide Fran-
cisce tu bene dicis, et bene vellem, quod non esset causa sic
faciendi, et quod Dominus fuisset bonus homo, et hiis dictis
unus ab altero recesserunt

Item interrogatus Franciscus dixit, et confessus fuit, quod in crastinum post
predicta Dnus Petrus Maurozeno habuit dicere dicto Francisco hec
verba videlicet: Dnus Patriarcha dixit, quod post cenam ad ipsum
debeas accedere in Castro, quia ipse vult secum, et cum Leonardo
de Andriottis aliqua loqui, et adveniente sero quasi circa duas
horas noctis prefatus Franciscus accessit ad prefatum Dnum Patri-
archam prout dixit: cum quo cum intrasset in cameram suam
reperit Dnum Petrum Maurozeno, Leonardum de Andriottis, et

Ber

Bernardum Not.^m ipsius Dni Petri cancellarium, ~~...~~ adhuc stantem so-
ticet dictu Dnus Patriarcha, post mensam: Quibus omnibus
post spatium intervalli dictus Dnus Patriarcha habuit dicere
hec verba: Dni ego misi pro vobis tamquam pro personis, que
dilligunt honorem, et statum meum, et totius Patrie Forijulii,
rogando ipsos, quod sibi deberent consulere dicendo, et declaran-
do ulterius ipse idem Dnus Patriarcha verum esse quod erant
certi mali tractatus, qui tractabantur contra ipsum Dnum Patriarcham,
et totam Patriam Forijulii per Dnum Federicum de Savorgnano et quod
si super hiis non providebatur tota Patria Forijulii mutaretur status,
et totaliter segregabit a jugo et servitute Romane Ecclesie et Dni no-
stri Pape dicendo et vere, si vultis mihi instare, et cum consilio ve-
stro ego faciam Justitiam, et rationem; cui Dno Patriarcha dictus
Franciscus dixit, quod habuit respondere, rogando eum dicendo:
Dne vos estis nobilis homo, et de nobili progenie, et semper illi
de domo vestra amaverunt justitiam, et rationem, et si aliquid
facere vultis, facite cum justitia et ratione: cui Francisco di-
ctus Dnus Patriarcha tunc respondit dicendo: Francisce credis
tu quod ego velim facere aliquid contra justitiam, et rationem,
et quod istud, quod volo facere, non sit cum justitia, et ratione;
dicendo idem Dnus Patriarcha nonne habeo litteras qualiter
ipse Dnus Fredericus habet unum tractatum contra voluntatem
meam cum Dno Duce Austrie, nonne etiam habeo litteras qualiter
ipse Dnus Federicus habet unum tractatum cum Dno Comite Vir-
tutum, et prodie misit unum ambaxiatorem Ducali Dominio Vene-
torum super dicto tractatu, et dictum fuit Ducali dominio,
quod mittebatur de mei parte, et nihil de hoc scivi. Non-
ne etiam habeo litteras quas dictus Dnus Fredericus misit
tacitum certis suis amicis, vigore quarum litterarum, et de sua

culpa

culpa ferre faciti omissa est, et pervenit ad manus dni Vavre. Itaque
etiam habeo unum breve mihi missum a dno nostro Papa continens qua-
liter dictus dnus Fredaricus sibi scripsit totum oppositum Imbaxiate
sibi facte de mei parte per dnum Vincestaum de Spegninberge dicendo
idem dnus Patriarcha: et quid ad hoc dicere vis o Francisce. qui
Franciscus sibi respondit, quod nihil volebat ad predicta respondere
nisi quod omnes deberent sibi instare ad faciendum justitiam, et ratio-
nem [illegible]
Interrogatus item Franciscus per dictos dominum Capitaneum et Fisicos,
si dictus Franciscus viderat prescriptas literas nominatas per dictum
dnum Patriarcham, et earum tenore sciebat: dixit, et respondit quod
non nisi prout ipse dnus Patriarcha dicebat, et etiam prout intelle-
xerat a suprascripto Leonardo de Andriotis, et aliis dictis, narrans
dictus Franciscus dixit quod tunc dnus Petrus Mauroceno ha-
buit dicere: Modo est videndum de modo tenendo contra prefatum
dnum Fredaricum. Cui dno Petro tunc dixit Leonardus respon-
dit dicendo: modus est tenendus prout diximus, et est mittendum pro
illis gentibus que sunt in Spegninberge, et quando omnes gentes Eque-
stres, et pedestres sunt in Utino congregate, ponentur gentes Eque-
stres justa nesam et gentes pedestres partim sub monte, et partim
super platea communis et dato, et facto isto ordine prefatus dnus
Patriarcha, tunc mittet pro dicto dno Fredarico, qui dnus
Fredaricus ad ipsum dnum Patriarcham accedet in castro in suam
cameram, et familiares eiusdem dni Fredarici permanebunt in curia
inferiori expectantes eum, et conducentur in carceres ad prefatan-
dum secundum modum et ordinem datum. Et tunc prefatus dnus
Patriarcha predictas literas omnes, quas habet in camera sua osten-
det, et leget prefato dno Fredarico et ostentis et lectis sibi di-
ctis

cis litteris prelatus Dnus Patriarcha permittet ipsum secundum mo-
dum et ordinem datum in custodia personis ad hoc deputatis ibi
in Camera sua, et ascendet equum ~~salvando~~ solummodo cum suo alto scapulario,
et pulsata campana ad martellum veniet ad plateam, et gentes currunt
ad Plateam, et ipse ostendet et leget prenominatas litteras coram
populаribus, et dicet: Dnus Fredaricus de Favorgnano venit ad
presentiam meam et genuflexit se coram me, et petiit veniam a
me ad hoc, ut non pandam suos tractatus, et tunc visis et lectis
dictis litteris nullus erit, qui non dixit crucifige eum, crucifige
eum: dicendo ulterius idem Leonardus contra prefatum Dnum Pa-
triarcham, et tunc permittetis ~~tantum~~ facere nos cum parvis popula-
ribus. Interrogatus de quibus prefatus Leonardus dixit cum dixit
permittite tantum facere nos cum parvis popularibus; respondit
idem Franciscus quod dictus Leonardus dixit, de ipso Francisco,
et de se Leonardo. Interrogatus si dictus Franciscus tunc sibi di-
xit respondit; dixit quod non. Interrogatus idem Franciscus,
quando sentiebat dictam litteram fictitiam, et non veram, quare
non dicebat Domino Patriarche; respondit idem Franciscus,
quia non devenit nec accidit in animo suo, et etiam ob timo-
rem Dni Patriarche, et etiam quia dictus Dnus Patriarcha
unquam sibi aliquid dixerat de aliqua littera fictitia nisi su-
prascriptus Leonardus de Andriottis. Et hiis verbis sic narratis
et dictis tunc dictus Dnus Patriarcha habuit dicere contra
prefatum Leonardum de Andriottis: bene Leonarde, et hoc facto
prout supra dixistis per quem modum debet tunc procedi
contra prefatum Dnum Fredaricum cui Dnus Patriarcha
dictus Franciscus dixit, quod tunc habuit respondere: si ipse
Dnus Fredaricus offendit amputetur sibi caput. Et tunc

dictus

dictus Leonardus contra Franciscum prelibatum habuit dicere
cum sententia vel sine sententia: cui Leonardo dictus Franciscus
respondit dicens: nonne semper rogavi quod illud quod fit fiat
cum sententia, et ratione; et tunc dictus Leonardus habuit dicere;
nos bene reperiremus sententiantes dicendo quod Dnus Mars=
~~calchus~~ bene faciet fieri: cui Leonardo dictus Dnus Patriarcha
tunc respondit et dixit: Mar~~scalchus~~ bene facit, et si ipse
non vult facere, nos bene faciemus quod ipse faciet: et hiis
verbis dictis per dictum Dnum Patriarcham tunc dictus Leonar=
dus de Andriotis habuit dicere contra suprascriptum Dnum Petrum
Mauroceno hec verba videlicet: bonum est mittere pro illis gen=
tibus, que sunt in Spegnimbergo: cui Leonardo dictus Dnus
Petrus habuit respondere Vibrando caput: nos bene faciemus,
et ore dixit nos bene faciemus: et hiis dictis à Dno Patriar=
cha recesserunt, et exeuntibus ipsis cameram Dnus Patriarcha
vocavit Bernardum predictum dicendo: Bernarde portabis mihi
illam litteram, quia non bene jacet, et quod oportet aptare,
et Bernardus respondit bene.

Item prefatus Franciscus dixit et confessus fuit quod in crastina die
post predicta de mane prefatus Franciscus accessit ad prefatum
Dnum Patriarcham prout dixit in Castro in Camera sua, et sibi
habuit dicere hec verba, videlicet: Dne fuistis vos cum Dno
Francisco Zane super facto per nos heri sero rationato, cui Fran=
cisco dictus Dnus Patriarcha respondit dicendo: quid habes age=
re cum Dno Francisco Zane, dicendo: nonne sum ego Dnus
Forojulii: et tunc ulterius prefatus Franciscus habuit dicere prefa=

to Dño Patriarche; si ipse predicta scripserat Ducali Dominio Venetorum: cui Francisco prefatus Dñus Patriarcha respondit sic: Et dictus Franciscus dixit quod tunc interogavit prefatum Dñum Patriarcham si habuerit responsionem a Ducali Dominio Venetorum cui Francisco prefatus Dñus Patriarcha respondit quod habeo agere cum Dominio Venetorum, et quod ipse erat Dñus Forijulij: et tunc dictus Franciscus dixit quod habuit dicere prefato Dño Patriarche: bonum esset, quod super hiis fuissetis cum Dño Francisco Zane, et cum Dño Blancho de Ripa: que sunt ad presens Provisores sicut Dñus Petrus Mauroceno et habent facere de gentibus equestribus, et pedestribus sicut Dñus Petrus Maurocena et a casu quo aliquod accideret et ipsi duo facerent oppositum, negotium male pro vobis procederet: dicendo ulterius dictus Franciscus contra prefatum Dñum Patriarcham hec verba, videlicet: forsitan Dñus Petrus Maurocено sollicitat, et infestat vos ad faciendum ista, Ego dico vobis Dñe, si negotium male procederet Dñus Petrus iret Venetiam cum decem seu XX.ti lanceis et nos, qui instaremus vobis permaneremus in Utino, et haberemus malum annum; et Ducale Dominium tunc imputaret vobis et omnibus, qui assisterunt vobis, quod turbavissemus facta sua: Et tunc dictus Dñus Patriarcha habuit dicere Ego mittam pro Dño Francisco Zane et secum loquar super hiis.

Item dixit et confessus fuit prefatus Franciscus quod eodem die post predicta ipso Francisco eunte super platea communis vidit prefatum Dñum Franciscum Zanne acceden-

tem

tem ad prefatum Dnum Patriarcham, qui Franciscus accutus est eum in Castro,
et dum ipse Franciscus Zanne esset in introytu sale Palatii ipse idem Fran=
ciscus Zanne retrospexit se et dixit: ô Francisce quo vadis cui Dno: Fran
cisco Zanne dictus Franciscus respondit, dicendo ego venio ad vos, dicendo,
misit forsitan Dno Patriarcha pro vobis, qui Dnus Franciscus respon=
dit: sic: et dictus Franciscus dixit quod tunc habuit dicere contra pre=
fatum Dnum Franciscum Zanne in bona fide Dnus Patriarcha habeat
extraneum animum: cui Francisco dictus Dnus Franciscus Zanne re=
spondit dicendo in bona fide tu verum dicis, quia sentio quod ipse
Dnus Patriarcha vult ponere manus nimis alte, et hoc non placet mi=
hi: cui Dno Francisco Zanne dictus Franciscus dixit, quod habuit
dicere eum rogando, quod deberet tenere bonum modum: cui Franci=
sco dixit Dnus Franciscus Zanne respondit dicendo: noli dubitare quia
tenebo bonum modum, et quod negotium non procedet ulterius.

Item prefatus Franciscus dixit, et confessus fuit, quod eodem die post predi=
cta prefatus Franciscus prout dixit accessit ad prefatum Patriar=
cham et sibi dixit hec verba videlicet: Dne fuisti cum Dno Fran=
cisco Zanne: et dictus Dnus Patriarcha respondit, sic quod ego fui
secum, et ipse mihi dixit, quod sibi non videtur, quod aliquid fiat
contra Dnum Fredaricum: et dictus Franciscus tunc respondit,
prout dixit, dicto Dno Patriarche dicendo: Dne etiam mihi non vi=
detur quod aliquid fiat contra ipsum Dnum Fredaricum, quia erat
res magni periculi, et hiis dictis a prefato Dno Patriarcha reces=
sit.

Item dixit et confessus fuit prefatus Franciscus quod post predicta
rationationibus ad invicem super platea comunis dicto Dno Fran=
cisco Zanne, et ipso Francisco Ser misit ipse Franciscus ha=
buit dicere contra prefatum Dnum Franciscum Zanne, ad hoc ut
negotium prefati Dni Fredarici non procedet ulterius, et suadere

per

tur oblivioni, quia sciebat, quod ipse Dominus Franciscus non diligebat Dominum Abbatem Mosaacensem, quia de ipso supplicabatur, et habebatur per suspecto quia accedebat ad consilia non requisitus, quod bonum erat sollicitare negotium dicti Domini Abbatis et quod Dominus Patriarcha caperet eum: cui Francisco dictus Dominus Franciscus Zane habuit dicere et respondere: in bona fide Francisce tu bene dicis, quia ipse Dominus Abbas habetur pro suspecto rogans eundem Franciscum quod debet accedere ad prefatum Dominum Patriarcham, et sibi ex sua parte dicere deberet et eum sollicitare, quod ipse Dominus Patriarcha capere deberet prefatum Dominum Abbatem, qui Franciscus prout dixit recessit ad prefatum Patriarcham in castro, et sibi ex parte dicti Domini Francisci dixit, quod ipse deberet capere prefatum Dominum Abbatem: cui Francisco dictus Dominus Patriarcha respondit dicendo hec verba videlicet: Dominus Franciscus Zane vult, quod ego capiam + faciam ad inimicum meum, quod vult quod ego Dominum Abbatem; et ego nolo: ipse vult, quod ego destruar de hoc mundo dicendo idem Dominus Patriarcha; quod prefatus Dominus Abbas habebat unum fratrem in curia Romana, qui est sibi contrarius in omnibus factis suis, et dixit idem Franciscus, quod dixit verba suprascripta non ad finem; quod aliquod gravamen fieret dicto Domino Abbati, nec contra eius personam: sed ad finem, quod facta Domini Fredarici turbarentur, et traderentur oblivioni, quia bene sciebat quod dictus Dominus Patriarcha non poneret manus in Dominum Abbatem, nec aliquod gravamen faceret sibi propter fratrem ipsius Domini Abbatis, qui erat in Curia Romana.

Item prefatus Franciscus dixit et confessus fuit, quod jam rogavit suprascriptum Dominum Patriarcham Jerosolomitanum, quod teneret modum, quod ipse habere posset castrum Tricesimi a Domino Patriarcha in rectum, et legale feudum dando aliquod certum censum prefato Domino Pape ac etiam providendo ipsi Domino Patriarche de aliquo.

cui

Cui Francisco dictus Dnus Patriarcha respondit dicendo: Francisce sollicita tantum ad destructionem Dni Fredarici de Savorgnano, et tibi non deficient castra et alia. Cui Dno Patriarche dictus Franciscus dixit, quod tunc habuit respondere dicendo: Dne meus Pater, fratres mei, et ego non sumus soliti facere aliquid contra aliquam personam contra jus, et indebite.

Item dixit et confessus fuit prefatus Franciscus, quod illa nocte antequam Dnus Franciscus iret Venetias, Dnus Patriarcha ante cameram suam dicere habuit hec verba: Or si faceremus dictum Dnum Fredaricum capere, et ponere in Turrim de Marano: Cui Dno Patriarche tunc Dnus Petrus Maurozano habuit respondere dicendo: Dne si mandatis Dno Capitaneo gentium, quod ipse det sibi super caput, ipse faceret. Et Leonardus de Andriottis tunc respondit dicendo: permittatis eum ire Venetias, et Dnus Patriarcha tunc dixit: ecce sic fiat, et non dicatur plus aliquid in isto facto.

Item dixit, et confessus fuit prefatus Franciscus, quod die una antequam fuisset deliberatum dare scortam dicto Dno F. cum ire volebat Venetias ipse Francius rogavit eundem Dnum Fredaricum, ut teneret modum, quod Dnus Petrus Maurrzeno removeretur a Patria et tunc dictus Dnus Fredaricus respondit dicendo: quare. Et dictus Franciscus tunc respondit dicendo: quia bonum erit pro Patria.

Item prenominatus Franciscus dixit, et confessus fuit, quod omnia supradicta notificavit prefatus Dno Fredarico de Savorgnano aliquibus diebus antequam iisset pro Ambasciatore ad Dnum nostrum Patriarcham in Alemania. Interogatus per dictos do-

num

rum Capitaneum, et Judices, quare non notificavit dictum tractatum prefato Dnõ Fredarico statim cum sensit, et quando periculum iminebat: Respondit prefatus Franciscus, quia dubitabat quod ipse Fredaricus non fuisset patiens et quod non esset rumor, sed dixit quod statim cum sensisset, quod dictus tractatus processisset, et missi executioni currisset ad prefatum Dnum Fredaricum, et sibi notificasset.

Item dixit et confessus fuit prefatus Franciscus quod Deputati ad Regimen terre Utini, qui tunc temporis erant miserunt pro dicto Francisco, et sibi habuerunt dicere, et explicare hec verba videlicet: qualiter Dnus Patriarcha Jerosolomitanus accusabat ipsum Franciscum dicendo, quod ipse Franciscus fuerat causa, et receptor dicti tractatus. equibus Deputatis dictus Franciscus dixit, quod tunc respondit rogando ipsos deputatos, quod unaa secum accedere deberent ad prefatum Dnum Patriarcham quia coram ipso Dnõ Patriarcha intendebat facere suam executionem dicendo: Quando ero coram ipso Dnõ Patriarcha Vis Domo, Vis de Sion et diligenter et bene faciam meam executionem: Qui Deputati prout ipse Franciscus dixit recusaverunt ire ad prefatum Dnum Patriarcham dicentes, quod ipse deberet facere excusationem suam quomodocumque sciret.

" Que supra scripta sunt, ex autographis "
" quibus questio instituta est in illos qui Fedaricum "
" Savrnianum prodere conati sunt; atque mox adduc- "
" tur, ex quodam vetustissimo Codice, in quo noxia- "
" rum proscriptiones relate sunt, descripsimus "

1389. 17 feb.

M. CCC. LXXXVIIII. nono Indictione XII.

Deliberatio facta super citatione et proclamatione facienda contra proditores et Sicharios qui occiderunt dom. Federicum de Savorgnano &c.

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo Trecentesimo octuagesimo nono, Indictione duodecima, die XVII mensis Februarii actum Utini super sala domus consilii. Ibique congregato, et convocato consilio dicte terre Utini ad sonum campane, ut moris est, coram prudente viro Dno Antonio de Varda de Vicentia honorabili Capitaneo terre Utini pro Rev.mo in Christo Patre, et Dno Nostro Dno Johanne Marchione Moravie sancte Aquilegiensis Ecclesie Dignissimo Patriarcha ad providendum super bono et tranquillo statu dicte terre Utini, in quo quidem consilio interfuerunt honorabiles, et prudentes viri ser Hector Not. Mortilis, Magister Jacobus Medicine Phisicus, ser Nicolaus qm Dni Gabrielis, ser Nicolaus Not. Magistri Gregorii, ser Nicolaus Not. Nanini, ser Leonardus de Sancto Daniele, Franciscus de Cavalcantibus, Petrus de Bellonis, ser Nicolussius Not., Henricus de Faona, Antonius de Savorgnano, Laurentius Not. Ar.. .., Nicolussius de Fabriciis, Andreas de Brunaciis, Stephanus Berthol.., Johannes de Falconea, Nicolussius ser Zanni, Cristophorus Zignoti, Nicolaus qm Candidi, Johannes Marchisine, Jacobus Aurifice de Montegnacho, Nicolussius Speciarius qm Valentini, Nicolaus Raynoldi, Manfredus Merthussarius, Jacobus Sartor, Antonius qm Drusssii, Leonardus Arrici, Bartholomeus Maure Jeronimus Not. Cancellarius, Ambrosius Magistri Lazari Camerarius dicti Comunis Utini. Facta propositione per quamplures Consiliarios, quod debet provideri, et deliberari sub quo modo, et qua forma illi proditores qui modo Sicharorum perimerunt Egregium Militem Dnum Federicum de Savorgnano. Deliberatum fuit, quod omnes illi, qui interfecerunt

runt manus in dictum Dnum. Federicum, et omnes alii qui fue
runt cum ipsis, et eisdem institerunt, debeant citari, et procla
mari per eundem preconem super plateam Comunis Utini in loco
consueto ad faciendum eorum excusationes de morte dicti Dni
Federici juxta formam Ordinamenti Terre Utini, et statuti.
Item quod debeat publica voce promitti et denuntiari pro par
te Comunis Utini, quod cuilibet, qui dederit, et presentaverit
aliquem ipsorum sicariorum seu sassinorum, et homicidarum
eidem Comunis Utini unum habebit duo millia librarum
parvorum. Item quod omnes illi proditores, et homicide
debeant depingi in muris Platee, seu tabulis suspendi ad
furcas.

Ex parte prudentis viri Dni Antonii de Vando de Vicentia honora
bilis Capitanei Terre Utini, Revmo in Xpo Patre, et Dno nostro
Dno Johanne Marchione Moravie Sancte Aquilegiensis Ecclesie
Patriarcha. Ex querella Nobilissime Dne Virsine Magnifice
que de Sanguine Nobilissime domus Marchionatus de
Este uxoris olim strenui et egregii Militis Dni Fede
rici de Savorgnano nati qm. strenui Militis Dni Francisci de
Savorgnano conquerentis, et agentis cum amaritudine et
dolore nomine suo, ac nomine, et vice omnium descen
dentium dicti olim Dni Federici, et aliorum affinium,
et amicorum suorum proclamatur alta voce preconia
per Dominicum preconem Comunis in Utino super plateam
comunis in loco consueto, quia omittitur mansionum mentio scele
ratorum infrascriptorum non habentium domicilia in Terra Utini.

citatio emanata contra illos scele ratos et perfidos homines qui sica rio modo occide runt egregium militem Dnum Federicum de Sa vorgnano etc.

Quod

Quod quidam qui vocatur Henchus miles, Senchus, Dne, miles sauoli
zhaetonia, et Henricus qm Petri de Faganea, ac Marcus de Faga
nea, et Vdalricus filius Magnardi Tinossii de Faganea, Masinus
filius Johannis pothiti de Zuchumas, Razzarinus dicti Marcii,
Franciscus et Andreas fratres filii Masinquerre de Cistate
Austria, et certis alii, qui cum dictis sceleratis hominibus ive
runt in societate, et eisdem institerunt, personaliter comparere
debeant in Terra ..... in fortia, et Baglia dicti Dni Capita
nei infra quindecim dies proxime futuros ad faciendum eo
rum excusationes, et quilibet ipsorum de sceleratis, et per
fidis prodictionibus nephandis et crudelitatibus, et demum
Homicidio per eos perpetratis proditorio, Sicharios seu Sasi
nicho modo occidendo crudeliter Egregium militem Dnum Fede
ricum de Savorgnano suprascriptum die Lune proxime prete
rita, que fuit . XV. hujus mensis Februarii in ecclesia seu
Capella prope domum habitationis in Terra ..... ipsius Dni
Federici et precessorum suorum nobilium de Savorgnano hora
celebrationis Divini Officii, et cultus Humanitatis ..... alto
sice, quod, seu quem contempserunt dicti Homicide ......
non respiciendo ipsam sanctissimam celebrationem, sacrosan
ctissimi sacramenti misse, cujus nondum quasi per sacerdotem
ad finem suum erat completa Missa Virginis Gloriose
sissime, que ibidem dicebatur per sacerdotem, post missam celebra
tam in Altare disparando se dictus sacerdos, preparamentis
et armis ipsius divini cultus, expandendo sanguinem ipsius

Dni

Dni Federici ante altare, ubi celebrata fuit dicta missa, ipso Dno Federico non diffidato, neque requisito more ho-stilium, quo si precavere deberet ab eisdem, et se deffendere; sed vilissimo modo omnibus omissis civilitatibus, et civili-tatis nobilium, et prudentum, et legalium virorum volentium servare honorem suum in mundo, et remitti nobis ejus offen-sione per ipsum Dnum Federicum facta. Alioquin noscant, et sciant quod elapsis dictis quindecim diebus, et ipsis per-sonaliter non comparentibus, aut aliquo ipsorum procede-tur cum laude, et sententia contra ipsos quemlibet ipso-rum tamquam contra proditores, falsarios, sicharios, et homici-das: necnon secundum ordinationem terre Urbini predicte loquentis de omicidio perpetrato in terra Urbini secundum formam ordinamenti predicti loquentis contra homicidas homicidia comittentes in ipsa terra Urbini. Datum Urbini die Jovis decima octava mensis februarii Millesimo tricen-tesimo septuagesimo nono Indictione duodecima.

18. febr. In Xpi nomine, Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo tri-centesimo septuagesimo nono Indictione duodecima die Jovis decima octava mensis februarii. Actum Urbini ante loziam magnam domus ubi consilium terre Urbini solet celebrari presentibus, providis viris ser Hectore Ant.º [illegible], ser Valentino de Valentinis, ser Nicolao Ant.º q.m Magistri Gre-gorii, Nicolussio [illegible], ser Zanni de Burgo, Francisco [illegible], ser Monachino de Fanzano, ser Petro de Bellonis, Me-naductio de Antoniotis, Magistro Dominico [illegible] Bruno-

cis,

eiis, Michaele Speronario, Stephano Bertolini, Candido, Ascio
de Sarcento, Manfrede Draperio testibus omnibus civibus, et
habitatoribus Terrae Utini, et aliis pluribus &c. constitutus
coram suprascripto Dno Antonio Capitaneo ut supra Domini-
cus praeco Comunis Utini suprascriptus, qui, sacramento
sui officii retulit, et dixit se ex parte et mandato supra-
scripti Dni Antonii Capitanei ut supra hodie fecisse
quandam proclamationem alta et praeconia voce in Utino
super platea Comunis in loco consueto secundum formam
et continentiam proxime suprascriptae citationis, mandando
alta, et praeconia voce suprascripto Pencho militi, Fen-
cho, Cox, Fies, Ebusch Theuthonicis, et Henrico q.m
Ser Petri de Caganea, et Marcho de Caganea, et quon-
dam Martino ejus ragazino, et Odorico filio Magnardi
Ghisinossii de Caganea, et Francisco, et Andrea fratribus
filiis Ravinquere de Civitate Austria, et ceteris aliis,
qui cum eis fuerunt in societate, et eisdem interfuerunt,
quatenus personaliter comparere debeant in Terra Utini
in curia, et plaiga dicti Domini Capitanei infra quinde-
cim dies proxime futuros ad faciendum coram excusatio-
nes de sceleratis, et perfidis proditionibus nephandis,
et crudelitatibus, et finaliter homicidio per eos perpe-
tratis, proditorio, et sicario, seu assisinico modo occiden-
do crudeliter egregium militem Dnum Federicum de Savor-
gnano: et inhibuerunt eis, et cuilibet ipsorum per cridam

man.

mandavit quatenus facere debeant secundum tenorem, et continentiam proxime suprascripte citationis, quam fixam dimisit in muro magne Ecclesie communis juxta scalas &c.

Da Manoscritti del Sig.r Carlo Fabrizio di Udine intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem = Tomo II. pag. 181. Carolus Fabricius collegit et descripsit.

Castello di Porpetto. I. 7bre 1820.

Co. Frangipane

1388 23. maggio Federico di Savorgnano ed il Deputati di Udine scrivono a Nicolò de Buch sulla pace, e sulle buone disposizioni loro alla stessa 228

Strenuo militi, ac honoratis viris Dominis Nicolao de Buh Patrie Forijulij marascalio, et Stephano Cancellario et ec. Dominis et amicis carissimis.

(Intus)

Strenue, ac honorandi Domini, amici majores per carissimi. De adventu Nobilitatis ac Reverentie vestre in hanc Patriam Forijulij de mandato Reverendissimi Patris et Domini nostri Domini Joannis incliti moravie marchionis Sancte Sedis Aquilejensis dignissimi Patriarche pro bono pacis, prout in litteris vestris Reverendo Patri Domino Abati Mosacensis, ac egregio Domino Provisori incliti Ducalis Dominij venetiarum, et nobis nuper directis vidimus contineri, suscepimus gaudium magnum consolatione exinde maxima recreati. Rogantes attente ut injuncta vobis per dictum Dominum nostrum vespicientia precipue hujus Patrie tranquillitatem et pacem cum diligentia et solecitudine exequi placeat opportuna, et de premissis in Dei nomine jam aliquid inchoare. Nos autem ad exhibendum vobis circa premissa consilium, auxilium et favorem totis viribus atque posse habebitis semper paratos, et ferventissime promptos et in omnibus que honorem, et statum prefati Domini nostri: et hujus Patrie sue tranquillitatem concernant, ob reverentiam dicti Domini nostri et etiam intuitu personarum vestrarum. Quandocumque autem Nobilitati vestre placuerit huc personaliter vos transferre, videbimus vos alacriter, et cum omni debita reverentia tractabimus juxta posse. Ceterum vobis presentibus intimamus

quod

quod inimici nostri destruentes Patriam istam sunt apud Civitatem Austriam potentiores subito congregati, et dubitamus ne aliquam locum Patrie invadant in brevi dampna gravissima illaturi. Et ideo super hiis prout expedire videtis dignemini subito providere. Datum Utini die XXIIII. maij. indictione XI.

Federicus de Savorgnano
quinque deputati, consilium
et Commune Terre Utini

Da manoscritti del quondam monsignor Guerra canonico di Cividale intitolati: Otium Forojuliense Tomo 44 pagina 139 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale.

Frangipane

1388. circa. Memoriale del Comune di Udine al Conte di Virtù nell'atto di trattare dell'alleanza.

Da un protocollo in foglio notaro Antonuccio di Rivignano si conserva nell'Archivio vecchio del colegio de spettabili signori notarj

Memoriale ad Dominum Comitem virtutum.

Primo recomendatione fienda est sub hac forma videlicet quod Deputati ad regimen consilium, et Comune Terre utini (sic) inclite Magnificentie vestre devoti servitores, ac filii se prefate Magnitudini vestre (sic) affectuosissime recomendant offerentes se terram et personas eorum ad omnia que concernere possent honorem statum, et incrementum vestre Dominationis excelse.

Secundario significant quod bene sciunt vobis non esse ignotum quantum ex antiqua amicitia tota Aquilegensis ecclesia et specialiter Terra utini fuerit vestris progenitoribus et predecessoribus et specialiter Domino Archiepiscopo in omnibus ex impensis sibi muneribus obligata, unde abinde citra honorem et statum celsitudinis Domus vestre cordialiter zellaverunt, et eo nunc specialius et intentius, quo se bene cognoscunt fuisse per eandem liberatos ab oppressione Domini J. de Ca. C. senioris. Quare ex eadem amicitia antiqua, et isto speciali beneficio narato vestre celsitudini taliter inclinati sunt, quod de vestris bonis, et felicibus successibus ac incrementis status libere et apertissime congaudentes semper regratiati sunt deo, et per oppositionem si qua minus feliciter successissent conturbatione et angustia non mediocri sustulerunt. Unde aperte cognoverunt circumstantes

vestri

veneti et vicini eorum ipsos celsitudini vestre per plurimum in=
clinari, quare eos in suspectione maxima assunsserunt, et quod spe=
cialiter tempore Domini J. junioris cui pro varle [illegible]stavant
Padue territorium subintravereß. Item in non modica suspitione
habuerunt eo quod familiaris vester Johannes a canibus ibidem mo=
rabatur ~~propterea~~ preterea maxime commoti sunt prelibati vicini, et emo
li vestre Celsitudinis propter quamdam ~~legatio~~ legationem, que facta est per
eos ad Curiam Romanam contra Dominum Patriarcham et difa=
mant dicentes, quod ad postulationem vestram, et vestris expen=
sis dicta legatio sit facta, quare ex tunc ceperunt prefati cir=
cumstantes ~~presentem~~ partem Domini Patriarche tueri, et deffendere, et
omnes amicos Paduani, et in ejusdem Patriarche favorem mise=
runt suum Ambaxiatorem ad Curiam quamvis nomine Veni=
deratum multum obstente ~~Civitate~~ communitate Utini, ex quibus factum est
quod Dominus Patriarcha ~~eius~~ eis scilicet vicinis prelibatis sub
pignoris nomine fortilicia aliqua Aquilegensis ecclesie et spe=
cialiter nominant castrum Sacilij, quod est clavis et clausura
Italie pro XX Ducatos quibus pecuniis et aliis favoribus ab eis=
dem scilicet Venetis recipiendis ut suspicio certa est prefatus
Patriarcha presumit dictis vestris devotis Utinensibus guerras
et damna inferre, ut eis tota sit Patria obbediens. Quare
ipsi sperantes in Celsitudinis vestre magnificentia supplicant
quod eos velitis habere in omnibus, prout jam dudum spera=
runt

vunt recomissos ipsos contra istos emolos vestros, et inimicos suos tueri et deffendere.

Item tertio debeo instare de subito auxilio ne res ante auxilium ~~generat~~ teneatur, et auxilium sit pecunia, qua possint ad minus ii lanceas vel iii per ~~...~~ tres vel ~~...~~ quatuor menses de presenti stipendiare.

Item si vellet suos nuncios quam secretissime fiat mediante auxilio aliquin cadevet periculum intensissimum.

Item quod instet circa Papam quod Patriarcha eligatur et gratus et si istud ita in brevi fieri non posset, procuret posse eius quod mittatur Vicarius Pape cum bullis ad gubernandum Utinenses et ~~eius~~ eis adherentes usquequo de Patriarchatu provideatur uni dilecto vestre Celsitudinis et grato.

Da manoscritti di Monsignor Guerra Canonico di Cividale intitolati = Otium Forojuliense = Tomo XXVIII. pagina 289 esistenti presso il Nobile Signore Agostino de Portis di Cividale del Friuli.

Cas.° di Porpetto 21. agosto 1817 Frangipane

Memoriale ad Dnum Comitem Virtutum

Primo recomendatio fienda est sub hac forma. videlicet quod Depu-
tati ad regimen consilium, et comune terre Utini inclite magnifi-
centie vestre devoti servitores, ac ipsi se ipsi celsitudini magnitudini vestre
affectuosissime recomendant, offerentes se terram et personas eorum
ad omnia, que concernere possent honorem statum, et incrementum vestre
Dominationis excelse

Secundario significant quod bene sciunt vobis non esse ignotum quantum
ex antiqua amicitia tota Aquilegensis Ecclesia, et specialiter terra Utini
fuerit vestris progenitoribus, et predecessoribus, et specialiter Dni Bernabovis
episcopi in omnibus ex impensis sibi muneribus obligata, unde ab inde
circa honorem, et statum celsitudinis vestre cordialiter zela-
verunt, et eo nunc specialius, et intensius, quo se bene cognoscunt ips-
Francisci de Carraria — se per eandem liberatos ab oppressione Dni Francisci de Ca. senioris
Quare ex eadem amicitia antiqua, et isto speciali beneficio, navare ve-
stre celsitudini taliter inclinati sunt, quod de vestris bonis, et fe-
licibus successibus, ac incrementis status libere, et apertissime con-
gaudentes semper regratiati sunt Deo, et per oppositum si qua mi-
nus feliciter successissent conturbatione, et angustia non modica
sustulerunt, unde aperte cognoverunt circumstantes veneti, et vicini
eorum ipsos celsitudini vestre per plurimum inclinari, quare eos
in suspectione maxima assumpserunt, et quod specialiter tempore Dni
Francisci — F. de C. iunioris, cum progresse dixerunt, ut ad eorum territorium subintraret.
Item in non modica suspitione habuerunt eo quod familiaris ve-
ster Johannes de Canibus ibidem morabatur, propterea maxime

como

comoti sunt, precibus vicem, et emuli vestre celsitudinis propter quan-

dam legationem, que facta est per eos ad Curiam Romanam contra Dnum

Patriarcham, et diffamant dicentes, quod ad postulationem vestram, et

vestris expensis dicta legatio sit facta; quare ex tunc ceperunt pre-

fati circumstantes partem Dni Patriarche tueri, et defendere, et

omnes amicos Paduani, et in ejusdem patriarche favorem miserunt

suum Ambasiatorem ad curiam quemdam nomine Desideratum multum

obstante communitate Utini, ex quibus factum est, quod Dnus Patriar-

cha eis scilicet Utinis precibus suis nomine nomine ... ecclesia-

... Fanitensis Ecclesie, et specialiter nominant ... i-

... quod est clavis, et clausura Italie pro XX ducatorum, ...

pecuniis et aliis favoribus ad eisdem scilicet clericis recipientis

ut suspicio certa est prelatus Patriarcha presumit ... vestris

devotis ... querras et damna inferre, ut eis ipsa igit

patria obediens. quare ... ... in celsitudinis vestr. ...

licentia supplicant quod eos velitis habere in omnibus prout jam du-

rum speravunt recomissos ipsos contra istos emulos vestros, et inimi-

cos suos tueri, et deffendere.

Item tertio debeat instare de subito auxilio, ne res ante auxilium delegatur,

et auxilium sit pecuniarum, qua possint ad minus II^c lanceas vel 3^c

per 3, vel 4 menses de presenti stipendiare.

Item si vellet suos nuntios, quam secretissime fiat mediante auxilio alio

quin caderet periculum intensissimum.

Item quod instet circha Papam quod Patriarcha obligatur ei gratus, et

si istud ita in brevi fieri non posset procuret possessus, quod

mitta

mittatur vicarius Pape cum bullis ad gubernandum Utinenses et eis adherentes usque quo de Patriarchatu provideatur uni dilecto vestre celsitudini, et grato

Ex autografo in Tabulario Civitatis Utini

Da Manoscritti del Sig.r Carlo Fabricio d'Udine intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantium = Tomo II. pag. 225. Carolus Fabricius collegit, et descripsit

Castello di Porpetto 4 9bre 1819. Frangipane

esto.

…runge ge-

…scelsu

…ba …ori

…gise

…orum lo-

…ivasono,

…stentiou

…ri' ex ve

…Dakensi-

…ac manu

…um, loci

…riavre

…si sine

…usurpato;

…interventur

…gratiam

…suvicnto.

Tet a

…odio

Istruzioni a Rodolfo di Cividale sulle condizioni della tregua 230.

ristretto ed immediato da procurarsi con Udine; obbiezioni e proposizioni di questo.

Procuranda per Dnum Rodulphum

Primo quod pro salute Patrie universali procuret, et operari satagat ut trevge generales fiant in Patria, inclusis locis omnibus, que magnificus et excelsus Dnus noster Dnus Franciscus de Cararia Padue &c. tenet in Patria Foriiulii.

Quando autem modo premisso fieri non possent dicte treuge procuret ipse Dnus Rodulphus, ut treuge ipse fiant pro Civitatensibus, et eorum locis, inclusis in eis Savorgnano et egregio viro Nicolao de Prodolono, ac aliis nobilibus adherentibus suprascripto Dno nostro existentibus citra Tulmentum.

Quando autem neutro dictorum modorum dicte treuge haberi possint ex resistentia pertinaci Utinensium, acceptentur treuge pro Civitatensibus, et locis suis, ac omnibus aliis locis, que pervenirent ad manus Dni Marescalli, et ecclesie Aquilegiensis.

Resistentia vicis ad salvandam nostram salutem

Imprimis, quod nisi aliud nos apparerent, cum perseveratio treguarum, tam nos vitare destructionem nostram fidem nam agnoscetur, vivo gravia nostra quod si treguarum destructiones nostre procederent, et sine mora quod via agenti ad restitutionem bonorum Ecclesie usurpatorum de facto, et per violentiam esset perclusa, quae excluderentur omnes tractatus cuius restitutionis, et Pacis qui iam per gratiam Dei in votiva conclusione nostra sunt in procinctu.

Item quod a sua dulcissima matre Domini generatorum suorum ac illico separarent, que post supernam gratiam nos salvavit et a

odio

doloroso tirannide servitutis jugo, et prospere liberavit. Et hec duo infidelis heu nos ad summersionem deducerunt irrecuperabiliter, et Reverendissimo Dno nostro dignissimo Patriarche inducerent adversa [illegible] speranti ad revindicationem predictorum, et forte antequam subventionem haberemus ab ipso Reverendissimo Dno nostro totaliter esse mus destructi. Ratio quia Nobis non adessent spes neque defensio. Et omnia tam terribilia previdemus sicut ipse Dnus Vra dnanus, ideo amplius de tali materia non attentet verbum, quia ut supra sumus jam provisi et deffensati. Ita quod ista ostensa hic locum non habent gratia largiente divina.

Ad secundum dicitur incipiendum quando &c.

quod adhuc deteriora dampnabilia &c.

Item, et Civitatenses rebelles fieri non possunt eo quia sunt subiecti Ecclesie Aquileiensi et eius [illegible] dicto dignissimo Patri, unde inter [illegible] et subiectum astrictum ipsi Dno nro de fidelitate et obedientia debita nulla cadunt [illegible], ergo si [illegible] debitam fidelitatem, et obedientiam, ut tenerent debita ipsi Reverendissimi Patri Dno nostro, et e contra Civitatenses induce rent ad rebelionem, et ceteros alios nominatos in specie, et in genere citra Tulmentum ut loquitur; et hic ostenditur clarissima ratione, quod Civitatenses loca aliqua non habent, nam Tulmentum, et [illegible] cum suis juribus sunt recte in mensa Patriarchali ergo sequeretur clare, quod Dnus loca sua et suas jurisdictiones et Regalia sua imperialia poneret

secum

secum [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ubi [illegible] sibi, et Ecclesie sue auctoritatibus universalis Ecclesie sancte Dei, et imperiis in temporalibus et spiritualibus secundum laudabiles consuetudines Parme [illegible] sibi [illegible] [illegible] monasterium sacrum et devotum, quod est ut supra auctoritatibus [illegible] eiusdem immediate subiectum ipsi Ecclesie, quam tenens, ex quo debentur officia divina et elemosine, quod Civitatenses tenent in speluncham latronum et ibi fiunt sanguinis effusiones, et humanitatis cruciamenta sevissima.

Sexto quod incipit quando etc. similiter adhuc deteriora impossibilia et vanissima: Nam Civitatenses nullum locum habent, sed tenent illas que sunt de mensa ut supra, nec possunt habere [illegible] cum Domino suo sed tenentur de [illegible], et fidelitate liberalibus quemadmodum ceteri subiecti sui etc.

Ad aliam partem in qua loquitur de omnibus aliis locis que pervenerint ad manus Domini Maresalchi etc. de quibus advertendum est, et inspiciendum ad consequentia si est vanissima et quodammodo inaudita: Quia cum Dominus Marescalcus prudens egregius et fidelis debet et tenetur ponere omnia loca sibi pervenientia hactenus et novissime tamen usurpata per violentiam, et de facto in numero, et consortio aliorum Ecclesie fidelium, et subditorum, et gremium nomine Domini nostri gratiose recipere, et eos benigne tracta-

ra,

re versaque esse opporteret ipsum Dominum Maresalcum ipsos inimicare, et cum eis in treguis stare quod est impossibile quod ista duo possent stare scilicet obedientia et fidelitatis simul cum treguis.

Ceterum ad ea que offert se tenere loca, que sunt Ecclesie, et pro maiori parte de mensa Patriarchali, et alia subditorum et etiam que violenter detinet occupata loco aliorum subditorum Ecclesie Aquilegensis et pro eis respondere in his que debentur Reverendissimo Patri et Domino nostro et Ecclesie sue Aquilegiensi; dicitur, quod hec omnia sunt vana, vacua, importabilia, impossibilia, et incomportabilia, quia nulla tergiversatione possunt alterari, nec aliqua permissione ipsorum. Nam aliquo titulo, modo, vel forma, aut a respectu separari, a Corpore suo incorporata fuerunt indissolubili separatione tempore fundationis ipsius Ecclesie, que fuit eo tempore quo dulcissimus Redemptor suam tulit passionem pro redemptione humani generis. Et sic a dicto tempore citra ipsa Navicula beate Virginis gloriosissime immaculata sustinuit et portavit usque ad tempus presens, quo ipsa fuit per eundem Dominum Paduanum, et gentes suas, et Civitatenses turpissime et crudelissime violata, Cantuaria expoliata monumentis apertis sepulturis latentur, derubata Eucaristia

nihil.

vilissime tractando calizes de manibus sacerdotum quando illa sacrosanctissima sacramenta missarum celebrabantur excurpantes, et arma sacerdotum, et alteriorum expoliendo, ac sacerdotibus capiendo, et crudeliter personas eorum tractando, et pecunias eorum accipiendo, nec non turbia cum mulieribus in eadem Ecclesia comittendo, que venerant ad indulgentiam more solito ad eandem Ecclesiam, ac Nobiles Dnos secum ducendo turpiter etc. et alia que non possunt dici nec narari; ac si fuissent infideles talia innormia non comissisent.

Item non possunt cadere in manibus forensis, et specialiter potentis dicta bona Ecclesiastica usurpata.

Item nec aliquis qui non sit subdictus vassallus, et fidelis dicte Ecclesie obtinere bona predicta, vel partem eorum

Item quod si aliquis forensis vellet intrare consortium fidelium dicte Ecclesie oporteret eum cum domicilio suo habitare in Patria, ut jurisditio, et suyugatio, ac dominium apprenderet eum quemadmodum, et alios subjectos dicte Ecclesie.

Item quod ita et taliter, quod in civilibus et criminalibus et contra personas, et bona posset procedi per ipsum Dnum Patriarcham, et officiales suos secundum consuetudines, et jura ipsius Dni nostri et Patrie laudabilia, nec non

tace

facere justitiae complementum in foro suo furlano in bonis stabilibus, et mobilibus unicuique petenti, ut moris est in Patria . . .

Ex Autographis in Tabulario Civitatis Utini.

Da Manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantium = Tomo II. pag. 174. Carolus. Fabricius collegit et descripsit. esistenti presso il Sig.r Carlo Fabrizio di Udine.

Castello di Porpetto. 12. Giugno 1.817.

C. Frangipane

...ritto ed imperfetto

Ad laudem Altissimi, et gloriosissime ejus Genetricis ut eorum benignissi-
ma gratiosa, et favoreque usi auxilio contiictus exoneretur, et guerra,
et discessio totaliter removeatur inter Nos omnes inclusos in felici
unione nostra, et Civitatenses cum Julmino Rosaciis, et Sophiabergo
hujusmodi modi infrascripti videntur concurrere in agendis, salvis
semper Superiorum, et aliorum melioribus oppinionibus, et volunta-
tibus imponendis &c.

Primo namque per superiorem videlicet Venerabilem: ... obtinentem gene-
ralem, et plenissimam auctoritatem in spiritualibus, et temporalibus
et aliis quibuscumque in Revmo. Dno nostro Dno Johane Patriarcha Aqui-
legiensi degissimo requirantur debito modo Civitatenses cum predictis tribus
locis Universitatibus et poppulis earumdem, quod debitam legalem, et fide-
lem, eidem Dno Vicario seu habenti dictam plenam auctoritatem reci-
pienti nomine dicti Dni nostri obedientiam, ut tenentur, et debent
tamquam subditi Sancte Ecclesie Aquilegiensi matris sue, et intrent gra-
tiam benivolam, et gratiosam ejusdem Dni nostri et plene nominentur
et sint in consortiis, et numero omnium fidelium, et subditorum ejusdem
Dni, scientes quod jam debitam fidem, et puram omnes Clerici, Nobi-
les, et Comunitates reverenter ut decet videlicet omnes qui fuerunt
et sunt in obedientia Revmi Patris Dni Jerosolomitani Vicarii et
nuncii Sanctissimi Dni nostri Urbani Pape sexti, et nomine atque
nomine ipsius, et Sedis ejus Apostolica representantis, et recipientis
&c. per eorum speciales nuncios Sindicos, et Procuratores prestiterunt in
[illegible] &c.

Item quod in casu quo prestaverint predicti hujusmodi obedientiam, ut ve-
risi

vissimiliter creditur, quod facerent, et non recusabunt tunc quidem subo
quatur det et constituat sine aliqua oratione virum utique bonum [illegible]
veretum, et fidelem et modo in hoc principio ejusdem civitatensibus, a
dictis prioris locis supra declaratis gratum, et placibilem.

Item quod simpliter tunc immediate sequentur ipsis de Civitate per eundi
supradictum Dnum habentem auctoritatem etc. requisitiones, et [illegible]
scorie, et conveni [illegible] cum humilitate mandata infinita etc.

Primo enim quod post prestitam obedientiam si tamen videtur bonum esse
et utille quod omnes in universitate, et populo inclusi dicti Civi
ti jurent dictam fidelem obedientiam etc. quia assignando eis quod i
idem et simille fiet per supradictos nominatos, qui per sindico, etc.
prestiterunt obedientiam ut supra.

Item quod, post obedientiam sic ut supra factam sive cum illis solemnita
tis [illegible] sacramenti populari sive non requirantur predicti Civita
tenses quod omnes indifferenter licentient gentes Dni Padue a Ci
vidate austria, et ab [illegible] [illegible] Asacensi, Tulmono, et Spilimberg
sique sunt etc. tam officiales stipendiarii pedester, vel equester,
et aliquovis modo qui fuerunt vel sunt in Civdate vel locis pre
dictis, aut aliquo ipsorum cuiuscumque conditionis existant, et qui
nuoque ad excusationem omnimodam predictorum Civitatensium
fiat mandata stricta cum pena, et penis quod hec omnia obser
vare debeant etc.

Item de cetero sub gravissimis penis injungatur eisdem Civitatensibus,
quod aliquem subditum servitorem nuncium familiarem stipendia
rium pedester vel equester, nec aliquem alium ipsius Dni Padue

nec

nec de suis audeant vel presumant recipere neque retinere in terras Civitati nec locis predictis palam oculte neque aliquo alio modo preter voluntatem vel licen-
tiam ... Dni obtinentis auctoritatem et supra vel alicujus aliis offitialis seu rectoris in Patria Forijulii dicti Dni nostri Patriarche expressam, et constantem &c.

Item quod predicti Civitatenses de cetero similiter non audeant vel presumant aliqualiter sive per viam venditionis, vel restitutionis, si mutuum vel accomodatum actheus si precessissent, neque per viam donationis, nec per aliquem alium modum directe, vel indirecte pallam, vel occulte gentibus Dni Padue predicti in locis de Savorgnano, nec aliquibus aliis que ipse Dnus Paduanus de facto tenet in Patria Forijulii citra vel ultra Tulmentum, que omnia loca que tenet sunt propria ecclesie Aquilegiensis et subditorum victualia alimenta auxilium, favorem, nec consilium, nec aliquod subsidium directe vel indirecte ut supra: neque eidem Dno Padue servitoribus suis sequacibus fautoribus, nec complicibus ejusdem prestent vel dent.

Item quod de cetero dicti Civitatenses cum dictis tribus locis non obstantibus aliquibus liga obligatione, pactis, vel conventionibus quibuscumque que quomodolibet facta sunt seu sint cum eodem Dno Padue de quibus ad present quod sive durare debeant, et stare sive non in his ad presens de iisis dicitur &c. gerant, et portent fidelem, caritativam dilectionem et amorem supradictis tam Clericis, Nobilibus, et Comunitatibus, qui jam fecerunt devotionem et idem ut supra obedientiam supradicto Dno nostro Patriarche universali, ut cum benedictione et gratia sufragante Redemptoris nostri sit adhuc et imbreus in Patria Forijulii talis, et tanta dispositio benedicta, unus Pastor, et unum ovile.

Ceterum quod supradicti constituti in dicta Clerici obedientia Dni nostri vice versaque vice gerant et portent fidelem, et caritativam amorem, et benevolentiam predictis Civitatensibus et omnibus de Julmino et de Rosacis.

cujus

cujus Abbatia erit in proprio statu et reducta ad colendum Deum, atque que Divinum Officium ad celebrandum, et cum illis de Spilimbergo ita quod amodo omnis guerra et dissensio remaneant abolite, et extinte, et loco ipsorum caritas, et amor.

Item quod predicti Civitatenses cum Dominis Rosacis, et Spilimbergo jam reducti ut supra sint amodo securi in bonis, et personis firmiter et pure in bonoque amore, et benevolentia Serenissime et inclite Venetorum Ducalis Dominationis, et omnibus eorum sequacibus Patrie Forijulii, stipendiariis gentibus et aliis ipsorum comunitatibus et fautoribus quibuscumque, ac de his fiant predicti Civitatenses cum dictis tribus locis clari, et bene securi si fiant obedientia, et observationes ut supra per eosdem etc quia dicta inclita Dominatio nihil aliud concupivit, et desiderat videre Patriam Forijulii stantem reductam, et in propriis statu vigentem.

Item super quod si, quod, Deus avertat predicti Civitatenses supradicta ut supra non fecerint, et recusaverint facere tunc ipse venerabilis Pater sua auctoritate plenaria quam obtinet, ut dictum est procedere dignetur graviter contra eos spiritualiter et temporaliter donec ad gremium ipsius Domini nostri et Ecclesie sue Aquilegiensis obedientiam debitam feliciter, et triumfanter reducentur prout erit gratia omnipotentis largitione.

Ex Autographo in Archivio Capituli Utini

Da Manoscritti intitolati = Monumentorum ad Historiam Forojuliensem spectantium = Tomo II. pag. 176. Carolus Fabricius collegit et descripsit. esistenti presso il Sig. Carlo Fabricio d'Udine.

Collazionato di Perfetto 14. Giugno 1810.

Frangipane

c de
la
s
mine
n,
e
ne
oda
es
na
s
Tyra
imble
es
em
s,
am
et

1388 · 9. agosto — Spese fatte dal Comune d'Udine nella guerra contro il Carrara. 231.

Die nono mensis Augusti Millesimo trecentesimo octuagesimo Octavo, ex de
liberatione et de mandato dominorum deputatorum et Consilii
expendidit, et dedit dictus ser Manfredus Camerarius per manus
Hermani ser Musii de Romanzato, dantis et solventis vice et nomine
dicti Camerarii, vel potius vice et nomine Communis Utini,
personis omnibus habentibus pignora Concivium nostrorum,
qui ipsa pignora in quadam maxima Communitatis nostre
et Collegatorum nostrorum de Patria necessitate, gratis et sine
aliqua utilitate liberaliter dicte Communitati nostre accomoda
verunt pro pecuniis recuperandis causa stipendiandi gentes eques-
tres et pedestres pro universitate totius lige nostre in Patria
Foriulii ad deffensionem sancte Aquilegensis ecclesie Matris
nostre, et Patrie prelibate quam perfidissimus et crudelis Tyra
nnus Dom. Franciscus de Carraria, Padue jugo suo tiranico submitte
re conabatur. Cujus tamen iniquum propositum Altissimus
exequi non permisit, cum dicta Communitas Utini eorum
que Collegati de Patria Foriulii tantum abhorrentes scelus,
potentique incliti Ducalis Dominii Venetiarum subsidio comm
uniti, prefato tyranno viriliter obstiterunt pro dicte ecclesie et

Patrie conservatione, et propria libertate tuenda pugnantes viriliter contra pravum tirannum et nonnullos Paduanos Patrie sue proditores, qui in omnibus eidem tiranno favebant: Ducatos auri mille nongentos septuaginta tempore nobilis viri Dni. Petri Quirini pro dicto Ducali dominio tunc in his partibus honorabilis Provisoris, acceptos mutuo a certis Civibus nostris predictis qui super dictis pignoribus tunc temporis dictas pecunias, ut premittitur, mutuaverunt Communitati nostre predicte. Que quidem pignora exacta pecuniis antedictis his qui mutuaverunt, fuerunt illico restituta, qui Communitatem tunc ab eis totaliter liberaverunt.

e nel Tomo XLVII. fol. 8

Die XXIV. Decembris. expendit dictus Camerarius in libris LII. Colaciorum Spus, quos emit a Nicolao Baldone et Joanne Marchisino pro soldis tribus pro libra qualibet, causa faciendi lignoram... ria, quando Dominus Franciscus de Carrara amisit Paduam.

Verci. Tomo 17. pag. 13. Doc. 1913.

1366. 10. Agosto Venerio Doge esorta i Cividalesi a rendere Savorgnano à Federico di Savorgnano.

Antonius Venerio Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobilibus, et sapientibus Viris Regiminibus Civitatis Austrie amicis dilectis salutem, et sincere dilectionis affectum. Intelleximus non absque displacentia, quod Castrum Savorgnani traditum est cuidam Francisco Mas- Massinguerre de Civitate Austrie, de quo multipliciter miramur, tum quia antiquitus fuit et est egregii Viri Domini Federici de Savorgnano, et suorum progenitorum pleno jure, tum quia, ubi laboravimus cum maximis laboribus et expensis reducere patriam ad suam libertatem, ex hoc nasci possent, et innovari scandala, et errores, nec etiam dubitamus quod hoc non placeat Rmo. D. Patriarche + in manifesto damno et dedecore sue Paternitatis, Ecclesie et Patrie sibi commisse. Quare benevolentiam vestram instantissime rogamus quatenus placeat cum effectu adhibere modum, et operam efficacem, quod dictus Franciscus non se impediat, nec stet in Castro prelicto, sed restituatur prefato D. Federico, ad quem de jure spectavit, et spectat, et sic etiam determinatum extitit in parlamento generali pridie in Patria celebrato. Tenebimus siquidem, quod adimpletis requisitionem nostram predictam velut justam, et rationabilem; si vero quod non credimus, secus fieret, cum D. Federicus de Savorgnano Nobilis Civis noster sit, molestissimum nobis foret.

Datum in nostro Ducali Palatio die 10 Augusti Indictione undecima.

a tergo etc. —— Mapheus Locadellus magnifice Communitatis

Civi-

civitatis Fori Julij cancellarius describi fecit ex autentico exi=
stente in Canellaria, et in fidem facta collatione se subscripsit,
et sigillavit anno Domini 1577. 23. Aprilis.

Questa lettera è sta copiata d'un libro coperto di Pergame=
na intitolato: al di fuori: Federico primo, Costantino pri=
mo &c. Savorgnani esistente nell'Archivio dell Sig.r Conte
Luigi Otelio d'Udine pag. 30: ~~sino~~ e seguenti sino alla
pagina 41. retro

Cas.o di Porpetto 7. 7bre 1815.

Savorgnane

liber

gustv

Reve

sit

do

num

a

ure

mar

uffi

ni

po

e

chi

raliter

magistr

te Reve

nerit

rendo

manum

ere

requisire

Dalmar

co diffi-

rumi

rego.

nque

1388. 13 agosto L'abb: Bondi scrive al Comune di Udine che il Re di Boemia e il nuovo Pat: vogliono la restituzione dei luoghi del friuli occupati dal Carrarese. 233.

Amici dilecti salutatione premissa, vobis significo per presentes qualiter heri sere circa XXIII. horam Glemonam applicuit quidam magister Benedictus Medicus Boemie Regis mihi exponens pro parte Reverendissimi Dni. nostri Dni. Patriarche se ad locum ubi invenerit Dominum Padue festinanter iturum pro ab eodem requirendo Sacilum, Sanctum Stenum, Campam pariter et Savorgnanum pro parte predictorum, et nisi ipsa loca subito restituere voluerit, atque dare, idem magister Benedictus habet requirere in mandatis a prelibato Rege Boemie, et Dom. nostro Dom. Patriarcha de debendo ipsum Dom. Padue eorum pro parte illico diffidare. Dat. Glemone Aquilegensis Diecesis die XIII. Augusti XI Inditione.

Bondi Dei gratia Abbas Mosacensis Monasterii Reverendissimi Dni Joannis Patriarche Aquilegensis Vicarius generalis a tergo. Nobilibus et prudentibus viris Anthonio capitaneo, et quinque Deputatis pro Communitate Utini Amicis carissimis.

Verci – Tomo 17. Doc. 1914. pag. 14

bacio

media

incom

li

ia

inali

asis

Genera

lo me

onardo

Mar

cielo

lor

cuer

ulos

llegalos

illi

melios

1388. 28. Agosto scorretto.

Morando di Porzia, fatto prigione da Jacobaico trasportato a Venezia ottiene la libertà per mediazione G. M. di Moravia.

In Christi Domini Amen. Anno a Nativitate ejusdem 1388. Inditione XI. die 28. mensis Augusti. Actum in Castro Civitatis Glemonae Aquilejensis Diocesis, super Magna Sala loco juro Tribunali electo, praesentibus Reverendissimo in Christo Patre D. D. Nicolao Dei gratia ... Mosacensis, nec non Reverendissimi in Christo Patris D. D. Johannis Patriarchae Aquilejensis Vicario Generali eximiae scientiae Viro Magnifico Benedicto medicinae doctore utriusque, ac Magnifici D. D. Marchionis Moraviae Secretarius, Nobilibus viris D. D. Nicolussio de Sancto Daniele, Leonardo de Castilioria Porde de Civitate Austriae, et Francisco, atque Jacominutio fratribus qm. Ser Ponai ... de Portusnaonis, nec non providis viris ... Thome de Villafantino qm. Pini, Daniele qm. Mar...calinicolo, Christoforo qm. Ser ... , et ...lo ... qm. Leonardi Mediolani hic omnibus de Glemona habitantibus testibus, et aliis ad hoc specialiter vocatis, et rogatis. Cum tempore guerrae regnantis, et existentis inter homines, et Communitatem Terrae Utini, et eorum Colligatos parte ex una, et Civitatenses, ac eorum colligatos parte ex altera, captus fuisset Nobilis Dominus Morandus qm. Nobilis viri D. Guecelli

Comitis

Comitis de Porciliis per Nobilem Virum D.
Jacobacium q.m Nobilis viri D. Artici Comitis
eodem loco de Porciliis, tunique ipso capto i
dem ad manus, et carceres Incliti Ducalis Domi.
Venetiarum pervenisset, et ibidem residentiam per
sonalem, et captivitatem traxisset pro certum tempus,
et tandem de presenti, et ob relaxationis, captiva
tionis, et detentionis predicte, ipse Nobilis D.
